JANUA LINGUARUM RESERATA:

SIVE

Omnium Scientiarum & Linguarum

SEMINARIUM:

ID EST,

Compendiosa Latinam & Anglicam, aliásque linguas, & artium etiam fundamenta addiscendi methodus; unà cum Januæ Latinitatis Vestibulo.

Authore Cl. Viro J. A. COMENIO.

The Gate of LANGUAGES UNLOCKED:

Or a SEED-PLOT of all Arts and Tongues; containing a ready way to learn the Latin and English Tongue.

Formerly translated by THO. HORN: afterwards much corrected & amended by JOH. ROBOTHAM: now carefully reviewed and exactly compared with all former Editions, foreign and others, and much enlarged both in the Latin and English: Together with a Portall to the JANUA.

The sixth Edition.

LONDON,
Printed by *James Young*, and are sold by *Thomas Slater*, at the Swan in Duck-lane, 1643.

AD LECTORES ERUDITOS PRÆFATIO.

COgnitum Scholis non satis fuisse verum & genuinum linguas tradendi modum hactenus, res ipsa loquitur. Consenescebant plerique, qui si dedideraut literis, circa vocabula. Soli Latinæ linguæ decem & plures anni tribuebantur; imò tota ætas tardissimo, eóq; exili & operæ pretiũ non refundente profectu. Quæsti id sunt jampridem viri magni, Vives, Erasmus, Sturmius, Frischlinus, Dornavius, alii; quorum satis luculentæ de ea re prostant querelæ, non item radicitus vulsam tollentia remedia. Ideo excellentiora ingenia Scaligerorum, Lipsiorum, &c. vulgari illâ infeliciter tritâ viâ relictâ, per devios quosdam, dvectiores tamen tramites, ad linguarum & scientiarum fastigia felicitèr enixi sunt. Verùm enim verò paucis illi vestigia sua quà sequendi essent, commonstrârunt: nec cujusvis est propriâ indagine insueta tentare, aut (quod aiunt) nare sine cortice. Quo factum, ut scholæ atavias suas (quicquid seculi felicitatem & literarum lucem jactârint) majori ex parte vetuerint hactenus. Distinebatur nimirum, imò distendebatur juventus, præceptionibus Grammaticis infinitè prolixis, perplexis, obscuris, majorem partem inutilibus, annis aliquot: hæc prima crux. Tum per eosdem annos effarciebatur vocabulis verum sine rebus; id est, nec res, vocibus illis exprimendæ (quo facilior, firmior, & evidentiori cum utilitate impressio fieret) monstrabantur, nec vocum juncturæ, cuivis linguæ propriæ, ostendebantur: manifesto utrinque errore. Voces enim, quia verum signa sunt, his ignoratis quid significabunt? Noverit puer millies millena vocabula recitare, si rebus applicare non novit, quem apparatus iste usum habituvus est? E solis etiam separatis vocabulis ovationem exurgere posse qui sperat, idem speret avenam in manipulos colligari posse, aut è cæmento murum erigi absque calce. E vocabulariis igitur & Dictionariis Linguæ Latinæ studium nimis est impeditum. Sed mederi animadversis incommodis putantur authores boni, magnorum consilio virorum in Scholas introducti: Terentius, Plautus, Cicero, Virgilius, Horatius, &c. tum quia cum linguæ cognitione, variarum simul rerum notitia inde acquiri, tum quia castissima Romani sermonis puritas

vitas ex antiquis illis scriptoribus, tanquam ex vero fonte, fecurissimè hauriri possit. At verè institutum hoc, ut plausibile, ita maximè incommodum est. Primò enim tot Authores, quot requiruntur, comparare, cujusvis fortuna non permittit. Deinde ad horũ Authorum (plerumq; sublimiora quàm pro pueritiæ captu, & à nostro usu aliena tractantium) tam vasta volumina juventutem adigere, est cymbam, exiguo ludere capacitatem lacu, in Oceanum vastum vel æternis jactandam erroribus, vel absorbendam fluctibus, vel certè sine ullo fructu veddendam littori propellere. Ad hæc si maximè quis omnes istos perveret, reperiet tamen se finem suum (sufficientem videlicet linguæ cognitionem) non assequutum, quia authores illi materias omnes non tractarunt; & si tractassent omnes illorum temporum, nostras tamen nec nõsse nec tractare poterant: ut necessariò tandem alii plures, antiqui & recentiores (rei nimirum Herbariæ, Metallicæ, Rusticæ, Militaris, Architectonicæ, &c. scriptores, quos in sui Nomenclatoris præfatione recenset Frischlinus) *adjungendi, legendi, & relegendi forent: quibus certè cumulandis non facilè reperiretur finis. Denique, si quis linguæ defendæ gratiâ tot transmittat annos, ecquando ad realia veniet? Quando sanioris Philosophiæ cognitione imbuet animum? Quando in sacrosanctæ Theologiæ adita intrabit? vel Medicorum arcana perquiret? vel Jurisconsultorum volumina evolvet? Quando ad finem studiorum perveniet? &, quod majus, quando tam anxiè quæsitæ eruditionis praxin in Ecclesiæ & Reipub. bonum exercebit? Certè vel (propter vitæ hujus brevitatem) nunquam, vel sero admodum, sentietque vitam præparationibus vitæ consumptam esse. Omnium itaque votis optandum erat, Epitomen aliquam linguæ totius ita construi, ut omnes quotquot habet voces & phrases, in unum redactæ corpus, brevi temporis spatio, laboréque exiguo percepta, facilem, jucundum, tutum, ad reales Authores transitum præstent. Vere enim* D. Isaacus Habrecht *scripsit (sed quod minus prudenter quidam ad Dictionaria trahit)* Quemadmodum, *inquit*, multò facilius esset visu digno scere omnia animalia, visitando arcam Noe, continentem ex omni genere bina selecta, quàm peragrando totum terrarum orbem, donec casu in aliquod animal quis incidisset: eâdem prorsus ratione, multò faciliùs omnia vocabula addiscentur ex *Epitome linguæ*, in qua fundamenta omnium continentur, quàm audiendo, loquendo, legendo, donec casu in tot vocabula quis incidat. *Animadvertit id paucis ab hinc annis è Jesuitis non nemo, qui sano fasce complexus linguam Latinam totam, vulgavit (sub titulo Collegii Hybernici Salmanticæ Hispaniarum)* Januam Linguarum *Latinè & Hispanicè: ubi sententiarum duodecim centuriis comprehensa sunt omnia usitatiora Latinæ linguæ vocabula, eâque modo distorta, ut nullum eorum (exceptis particulis, sum, ex, in, &c.) semel positum recurrat, unumquodque tamen in debita constructione, & phrasi decorâ audiatur.*

Hæc inventio quamprimum Anglis visa fuit, approbata, commendata,

& lo-

& loquelâ Anglicanâ aucta, atque Anno 1615. typis vulgata fuit. Quam biennio post D. Isaacus Habrecht Argentinensis, Germanus, Gallicæ linguæ adjectione auxit, & ibidem quadrilinguem edidit: in Germaniámq; reversus, Germanicam quoque adjunxit versionem, mirè eam linguas docendi & discendi rationem commendans. Compendiosissimam enim, certissimam, utilissimam, & nunquam satis laudatam appellat. Cujus rei suffragatores reperit facilè multos. Nam & typis variis Germaniæ locis edita est, & distracta avidè, & in Scholas quasdam non incelebres introducta, & Anno 1629. octilinguis luci exposita.

Hæc cum ad meas quoque venisset manus, avidè & ingenti cum voluptate semel & iterum perlecti, impensè juventuti gratulans, quòd certiora indies imbecillitatis subsidia Divino munere concedantur. Verùm paullo post, attentiùs eam cum scopo suo conferens, dubitare cœpi, num præstaret quod promittit: tertiatáque accuratione cum judicio lectione deprehendi, jure titulum tueri non posse. Quod verè & absque invidia dici, inde palam faciam, quòd Januæ non præstet usum.

Janua enim domûs, annon foris adventantes intromittit? Ita sanè. Hæc autem patrum Hybernorum Janua tyronibus in Latinitatem aliunde introducendis aut parum, aut nihil confert. Triplici id exercitur ratione: Primò etenim, nonnulla Vocum pars, quas quotidianus requirit usus, hîc desideratur: è contra insolentia multa, tyronum captum & usum excedentia, depromuntur. Quam ob causam rectè nonnulli judicant, Jesuiticam hanc Januam non tam ad instituendos linguarum tyrones, quàm ad explorandos aliquousq; progressorum, imprimis autem Sciolorum, in Latina lingua profectus adhiberi posse. Illîc verò ratione non Januæ, sed Postici, obtineat nomen. Alterum desidero, quòd cum singulæ Voces non nisi semel ponuntur, etiam polysemæ & homonymæ (quarum Latina lingua breve multùm habet, ut & idiomata cætera) non nisi semel. Quomodo igitur ab hac linguarum Janua in Authorum lectionem mittetur (is enim Januæ scopus) Latinitatis tyro, qui tot vocum alias atque alias significationes ignorabit? Et verò (quod tertiò, & quidem potissimùm desidero) posuisset saltem unamquamque vocem in principali, id est, primo, simplici, nativóque suo significatu; reliqua inde sagax ingenium odoraretur facilius. Factum autem id non est. Plerœque voces translatè usurpantur, Metaphoricè, Metonymicè, aut Synecdochicè: utpote cum sententiarum elegantiam plerubique captârit Autor. Taceo multarum sententiarum informitatem, quæ neque moribus, neque constructioni ullum præbent usum, imò sensum nullum habent, ut ipsa verba quomodo inter se cõvenerint, mirari queant. (Exempli gratiâ, 360. Artifici compedes imponuntur suæ. 623. Vadem in ergastulo clam confectum comperi. 733. Occasus dominii attigit limen. 953. Has dictionum telas posthumus nevit, &c. & similes.)

Sed quia Patres isti tale hoc totius linguæ compendium primi tentârunt; quod inventum est gratè agnoscimus; quod erratum, condonamus benignè.

benignè. Et quia inventis addere, ut & unius inventi occasione invenire aliud non æquè difficile; quidni aliquid Plus ultra moliamur? Suasit id certè doctissimus, & de Scholis perquam meritus Vir D. Rhenius, ut si quibus nostrorum fortè plus otii suppetit, aliquid accuratius effingendi non detrectarent laborem. Sed admoviſſe aliquem manum nondum constat. Quo factum, ut ego, è postremis licet minimus, experiri, & quod ibi desiderabam, suppletum ire animum induxerim. Non certè ullâ ingenii aut eruditionis (cujus mihi umbram vix esse & ultro agnosco & deploro) fiduciâ, nec quod nimis otio abundarem, sed unico Juventutis commoda promovendi desiderio promotus. Quid autem hîc vel præstiterim, vel præstare voluerim, silentio prætereundum non est; sed ut Tyronum informationi, ita Eruditorum censuræ exponendum. 1. Principio, quia mihi inter immotas Didacticæ leges hæc est, ut Intellectus & Lingua parallelæ decurrant semper, & quantum quis verum apprehendit, tantum eloqui consueſcat, (nam qui intellegit quod exprimere nequit, à muta statua quid differt? dare autem sine mente sonos, pusillanimorum est:) necessario faciendum putavi, ut verum ipsa universitas per classes certas, ad puritiæ captum, digereretur, eóque modo id quod sermone exprimendum est, (Res ipsæ) imaginativæ parti primùm imprimeretur. Factum itaque est, & enati sunt mihi centum communissimi verum tituli. 2. Proxima inde cura fuit, evolvendo lexica, usitatiora seligere, & ad exprimendas res, quibus significandis vel primùm inventa, vel post adhibita fuerunt, ita digerere, ut nihil necessarium omitteretur, nihil nisi suo loco quærendum relinqueretur. Redacta igitur sunt circiter 8000. vocabula in periodos mille, quas primùm breviores, & non nisi unimembres, post longiores & plurimembres formavi.

Quia verò Ciceronis testimonio didicimus, Multùm referre pueros à primis statim annis, ad proprietatem vocabulorum adsuefieri: Propria autem vocabula sunt (ut Aug. l. 2. de doctrina. c. 10. inquit) cùm his ipsis rebus significandis adhibentur, propter quas inventa sunt: anxiè prorsus in id elaboratum est, ut pro primo puerorum conceptu omnes voces proprio & nativo significatu extarent, exceptis paucis, quæ vel proprium amisiſſe usum deprehenduntur, vel propria Latina, quibus vernacula exprimerentur (ad hanc enim respectus fuit perpetuus) deerant.

3. His positis metis, juxta & Hybernorum secutus Januam, non nisi semel quamlibet posui vocem, Homonymis exceptis, quorum si diversa significatio exprimenda fuit diversis locis (in diversa nempe materia) omnino repetenda fuerunt. De connexivis particulis, (&, sed, quia, omnis, &c.) nemo spero litem movebit.

4. Synonyma & contraria plerumq; juxta invicem posui, atque ita coordinavi, ut alterum alterius genuinum recludat sensum. Eorum tamen synonymorum, quæ eandem prorsus rem significant, nec vernaculè missi unâ voce redduntur, alterum parenthesi quadratæ, & diversis literis inclusum.

ſum appoſui: ut periodo 40. *Luciferum* [Phoſphorum.] *p.* 135. *Helenium* [Inula] *p.* 581. *Sapone* [Smegmate] *&c.*

5. *Et ut Grammatica quoque ſubſidium haberet, ita vocum connexionem inſtitui, ut non ſolùm ſyntactica conſtructio, ſicubi à vernaculâ recedit, ſed & Etymologicum aliquod accidens (Genus, Declinatio, Conjugatio, &c.) innueretur. Exempli gratiâ: E periodo* 169. (Haleces ſalitas nobis afferunt) *facile puer* halecem g. *f. eſſe meminerit. E periodo* 410. (quis iis veſcatur?) Veſci *non Accuſativo, ſed Ablativo jungi, obſervabit, &c.* 6. *Vernaculam Latinè ita aptavimus, ut non ſolùm utriuſque omnia themata cum potioribus derivatis & compoſitis, quoad fieri potuit, nativo ſenſu extarent; ſed & ſurgentes inde tropi poſtmodum, veluti face adhibitâ, ultro queant intelligi. Seorſim autem vernaculum textum primâ hac vice (quum non omnibus, quorum judicia exploratum nunc imus, uſui eſſe poſſet) excudi curavimus.*

7. *Indeculam vocum Latinarum, ut Patres Hyberni fecerunt, etiam adjunximus, idem facturi impoſterum in vernaculis linguis. Ut & grandioris operæ, & majoris uſus, molimur*, Lexicon Etymologicum, *quod appellationum omnium rationes reddat, tum origines ipſorum thematum (ſive ex Latinis, ſive è Græcis Hebræiſque fontibus) detegendo, tum derivatorum ſeriem, novâ, ſuccinctâ, facili ratione, ob oculos pandendo. Addituri quoque phraſeologiam brevem & accuratam: tractatum item de Homonymis, Paronymis & Synonymis, utiliſſimum: & denique Grammaticam ad compendioſam facilitatem, celeremque praxin, ex veris naturalis didacticæ legibus concinnatam: adeoque didacticæ ipſius pro docentibus & diſcentibus Synopſin. Quæ omnia uno comprehenſa volumine, theſauriolum quendam primæ ſcholaſticæ eruditionis repræſentare poſſent.*

Habituri itaq; videmur Januam linguarum *ſolidis (rerum ipſarum) poſtibus* bene *firmatam, volubilibus (Lexici) cardinibus expeditè apertilem, præſentaneâ (Grammaticæ) clave promptè reſerabilem; tamdiu inquam habituri, quamdiu non ab excellentioribus ingeniis conſummatius aliquid ſubminiſtratum fuerit. De quo ut nihil dubitem, faciunt non tam Glaumii & Glaumianorum magnifica illa, Orbi nota, promiſſa (de quibus re ipſâ nihil dum conſtat) quàm fervidus ille multorum in eruendis didacticæ fundamentis ardor & æmulatio. Quinimo ipſe jam exquiſitiora bis video: quia tamen in eis concinnandis totum prope triennium (quis facilè credat tantillam opellam tanti conſtitiſſe?) conſumptum eſt, nec demoliendis funditùs & conſtruendis ab integro otium ſuppetit, eâ quâ jam adornata ſunt facie, luci exponere placuit: ſi non aliâ ſpe, certe ut aliquis uberiore ingenio & doctrinâ inſtructus, vel ab his noſtris etiam accepto ſtimulo, plus aliquid audeat. Novum itaque iterum tentâſſe vadum, novam fregiſſe glaciem ſatis eſto.*

Viſum autem eſt Seminarii *potiùs inſignive nomine opellam hanc, quia Rerum & ſermonis par hîc cura; illúdque enixè quæſitum, ut & confuſum rerum chaos, diſtinctionis aliquam lucem in ſapientiæ tyro-*

num

rum oculis nanciscatur, & Vocum Phrasiúmque infinitæ congeriei, certæ substernantur radices: eóque modo primi & fundamentales totius Eruditionis, Morum & Pietatis fomentúr conceptus. Hic inquam scopus fuit: quem attigisse tantum abest ut glorier, ut primus etiam defectus agnoscam & confitear. Veniæ autem apud cordatos spem facit Horatius, *Opere in magno (etiam parvo, minutiarum pleno) fas esse obrepere somnum, autumans. Et verò quid unquam simul effloruit & maturuit?*

Quâ de causâ Typographos rogatos & monitos volumus, ne, si cui videre libellum allubescat, id autoribus inconsultis præsumat: futurum enim speramus, ut limatius reddatur propediem opusculum, adjunctisq; illis quæ innuimus, nitidius prodeat.

Interim verò utinam aliquis eximiè doctus, Latinæq; linguæ potens, exoravi queat, ut hæc eâdem vel simili methodo, easdem materias plenius pertractáve, Classicorumq; autborum phrasibus non jam amplius propriè solùm, sed eleganter insuper & nervosè omnia eloqui, docere velit! Ita fieret ut amœmssimum universitatis verum, puræq; Latinitatis Viridarium, collectumq; pretiosissimæ Scholasticæ eruditionis Thesaurum juventus studiosa haberet.

Faxit Deus, ut omnes audeamus aliquid publici boni zelo!
Scribebam in exilio, 4. Martii, Anno 1631.

J. A. Comenius.

Janua Latinitatis Veſtibulum.

VEnite pueri.
Diſcite Latinam linguam.
Pulchram & elegantem.
Comprehendite.
Pro veſtro captu.
Et varias res.
Sapientiæ ſemina.
Deus vos juvabit.
Præceptores amabunt.
Alii laudabunt.
Ipſi gaudebitis.
Si principium difficile.
Medium erit facile.
Finis jucundus.

The Portall to the Gate of Tongues.

COme ye children.
Learne the Latine tongue.
Being neat and elegant.
Comprehend ye it.
According to your capacity.
And thoſe divers things.
Being the ſeeds of wiſedome.
God will help you.
Maſters will love.
Others will praiſe you.
Your ſelves ſhall rejoice.
If the beginning be hard.
The middle will be eaſie.
The end pleaſant.

CAP. I.

De accidentibus rerum.

DEus eſt æternus.
Mundus temporarius.
Angelus immortalis.
Homo mortalis.
Corpus viſibile.
Spiritus inviſibilis.
Anima itidem.
Cœlum eſt ſupremum.
Aër medius.
Terra infima.
Nubes eſt remota.
Nebula propinqua.
Locus eſt magnus aut parvus.
Tempus longum aut breve.
Area lata vel anguſta.
Domus ampla vel arcta.
Montes ſunt alti.

CHAP. I.

Of the accidents of things.

GOd is eternall.
The world [a] *temporary.*
An angell is immortall.
Man is mortall.
The body is viſible.
The ſpirit is inviſible.
The ſoule likewiſe.
Heaven is the higheſt.
The aire the middlemoſt.
The earth the loweſt.
A cloud is [b] *a far off.*
A miſt neere.
A place is great or little.
Time is long or ſhort.
A court-yard is broad or narrow.
A houſe large or ſtrait.
Mountaines are high.

[a] Enduring but for a time.

[b] Removed.

Vallies deep.
Hillockes lifted up.
A cottage is low.
A tower high.
A firre-tree tall.
A river is ſhallow or deep.
A thread is ſlender (ſmall.)
A rope thick.
A reed is hollow.
Wood is ſolid.
A hole is void (empty.)
A chimney full of ſmoak.
A line is ſtreight or crooked.
An oyſle rough or ſmooth.
A weight heavie or light.
A number even or odde.
A bowle is round.
A pillar is long and round.
A table four-ſquare.
X hath the forme of a croſſe.
A peacock is beautifull.
An ape ill-favoured.

Colours.

Chalke is white.
A board is blacke.
Vermilion is red.
Brimſtone of a pale yellow.
Graſſe is green.
The firmament blew.
Glaſſe is perſpicuous.
A plank duskiſh.
Water is troubled or cleare.

Savours.

Honey is ſweet.
As alſo ſugar.
Gall is bitter.
Vinegar tart.
Salt briniſh.
Pepper is ſharp.
An unripe apple ſowre or unpleaſant.

Smelling.

A ſmell is ſweet.

Valles profundæ.
Colles elevati.
Caſa eſt humilis.
Turris excelſa.
Abies procera.
Fluvius brevis aut profundus.
Filum eſt tenue (ſubtile.)
Funis craſſus.
Arundo eſt cava.
Lignum ſolidum.
Foramen eſt vacuum (inane.)
Caminus plenus fumi.
Linea eſt recta vel curva.
Superficies aſpera vel lævis.
Pondus grave aut leve.
Numerus par vel impar.
Globus eſt rotundus.
Columna teres.
Menſa quadrata.
X habet formam crucis.
Pavo eſt formoſus.
Simia deformis.

Colores.

Creta eſt alba.
Tabula nigra.
Cinnabaris rubra.
Sulphur luteum.
Gramen viride.
Firmamentum cæruleum.
Vitrum eſt pellucidum.
Aſſer opacus.
Aqua turbida vel clara.

Sapores.

Mel eſt dulce.
Sicut & ſaccharum.
Fel amarum.
Acetum acidum.
Sal ſalſum.
Piper acre.
Immaturum pomum acerbum vel auſterum.

Odores.

Or odour. Odor eſt ſuavis.

Fœtor

Fœtor teter.	*Stinke unſavoury.*
Aliæ qualitates.	Other qualities.
Lutum eſt humidum.	*Clay is moiſt.*
Pulvis ſiccus.	*Duſt dry.*
Oſſa dura.	*Bones* are *hard.*
Caro mollis.	*Fleſh ſoft.*
Glacies lubrica.	*Ice* " *brittle.* " Or ſlippery.
Pruna eſt calida & candens.	*A live cole is warm and glowing.*
Carbo frigidus & ater.	*A dead cole cold and black.*
Nos incedimus veſtiti.	*We go clothed.*
Indi nudi.	*The Indians naked.*
Unicornis eſt ferum animal.	*An unicorne is a fierce* " *beaſt.* " Or living creature.
Vacca manſuetum (cicur.)	*A cow gentle (tame.)*
Leo ſævum.	*A lyon* is *cruell.*
Ovis mite.	*A ſheep quiet.*
Conviva eſt hilaris.	*A gueſt is merry.*
Locus amœnus.	*A place delicious.*
Amicitia jucunda.	*Friendſhip pleaſant.*
Nuncium lætum.	*Good newes* is *joyfull.*
Omnia illa grata & accepta.	*All theſe welcome & acceptable.*
Locus eſt commodus vel incommodus.	*Place is* " *fit or unfit.* " Convenient or inconvenient.
Tempus opportunum vel importunum.	*Time ſeaſonable or unſeaſonable.*
Inſtrumentum aptum vel ineptum.	*An inſtrument is fit or unfit.*
Perſona idonea vel inidonea.	*A perſon agreeable or unagreeable.*
Res eſt neceſſaria vel ſupervacanea.	*A thing is neceſſary or ſuperfluous.*
Rei uſus utilis aut noxius.	*The uſe of a thing neceſſary or hurtfull.*
Res rei ſimilis aut diſſimilis.	*One thing is like or unlike to* " *another.* " Thing.
Sylva eſt denſa vel rara.	*A wood is thick or thin.*
Ager fœcundus aut ſterilis.	*A field fruitfull or barren.*
Motus eſt celer aut tardus.	*Motion is ſwift or ſlow.*
Curſor alacer aut piger.	*A runner chearfull or ſluggiſh.*
Operarius gnavus aut ignavus.	*A workman quick or ſloathfull.*
Securis eſt acuta vel ſtupida (hebes.)	*A hatchet is ſharp or blunt (dull.)*
Cibus crudus vel coctus.	*Meat is raw or* " *boiled.* " Diſſol.
Sermo jocoſus vel ſerius.	*A ſpeech merry or ſerious.*
Hiſtoria certa aut dubia.	*A hiſtory certaine or doubtfull.*
Teſtimonium verũ aut falſum.	*A teſtimony* is *true or falſe.*

Comparatives.

The first is learned.
The second is more learned, (or learneder.)
The third learnedst (or most learned.)

Irregular Comparisons.

A bull is great.
A camell bigger.
An elephant the biggest.
A sparrow is small.
A tit mouse smaller.
A wren the least.
Ale is good.
" Meath better.
Wine the best.
A lizzard is bad.
A viper worse.
An aspe the worst.

" Or Methoglin.

Denominatives.

A ducat is of gold.
A " dolar of silver.
A kettle of copper.
A pot of tinne.
A hammer of iron.
A fourme of wood.
A wall of stone.

" Talerus.

Comparativa.

Primus est doctus.
Secundus doctior.
Tertius doctissimus.

Anomala Comparatio.

Taurus est magnus.
Camelus major.
Elephas maximus.
Passer est parvus.
Parus minor.
Trochilus minimus.
Cervisia est bona.
Mulsum melius.
Vinum optimum.
Lacerta est mala.
Vipera pejor.
Aspis pessima.

Denominativa.

Ducatus est aureus.
Talerus argenteus.
Aherium cupreum.
Cantharus stanneus.
Malleus ferreus.
Scamnum ligneum.
Murus lapideus.

Chap. 2.

Of the actions and passions of things.

For the honour of the Creator all creatures do their duty.

The actions of heavenly creatures.

Angels do " celebrate him.
The sun shines.
The moon is bright.
The stars do twinckle.
The day begins in the morning.
The night at evening.

" Or praise.

Cap. 2.

De rerum actionibus & passionibus.

Creatoris in honorem faciunt omnes creaturæ suum officium.

Cœlestium actiones.

Angeli celebrant eum.
Sol lucet.
Luna splendet.
Stellæ micant.
Mane incipit dies.
Vesperi nox.

Elemento-

Elementorum.

Elementa alunt nos.
Ignis ardet.
Flamma flagrat.
Scintilla gliſcit.
Tonitru tonat.
Ventus flat.
Pluvia pluit.
Nix ningit.
Aqua in plana fluit.

Ex vaſe manat.
E fonte ſalit.

E puteo hauritur.

Plantarum.

Herba creſcit.
Folium viret.
Flos floret.
Fructus matureſcit.
Quem ut carpas.
Flecte ramum.
Sive ſint pyra, ſive pruna, ſive ceraſa, &c.
Nux continet nucleum.
Roſa olet benè.
Urtica urit.

Animalium.

Lapis jacet.
Arbor ſtat.
Animal ſe movet.
Avis volat.
Piſcis natat.
Quadrupes graditur.
Serpens ſerpit.
Vermis repit.
Cervus currit.
Equus hinnit.
Bos mugit.
Agnus balat.
Porcus (ſus) grunnit.
Urſus murmurat.
Lupus ululat.

Of the Elements.

The elements do nouriſh us.
The fire burneth.
The flame flaſhes.
A ſparke gloweth.
Thunder thundreth.
The wind bloweth.
The rain raineth.
The ſnow ſnoweth.
The water runneth on the plaine (ground.)
It floweth out of a veſſell.
It bubbleth (or leapeth) out of a fountaine.
It is drawn out of a pit.

Of Plants.

An herbe increaſeth.
A leafe is green.
A flower flouriſheth.
The fruit waxeth ripe.
Which that thou maiſt crop.
Bend the bough.
Whether they be pears, or plumbs, or cherries, &c.
A nut containeth a kernell.
A roſe ſmelleth well.
A nettle ſtingeth (burneth.)

Of living creatures.

A ſtone lieth along.
A tree ſtandeth up.
A living creature moves it ſelfe.
A bird flyeth.
A fiſh ſwimmeth.
A four-footed beaſt goeth.
A ſerpent creepeth.
A worme crawleth.
A hart runneth.
A horſe neigheth.
An oxe loweth.
A lambe bleateth.
A hog (ſow) grunteth.
A beare murmureth.
A wolfe howleth.

A dogge barketh.
A ram butteth.
A wild beaſt teareth in peeces.
A hare flieth.
A fox changeth his haires.
A cat catcheth mice.
A hen layeth egges.
A gooſe eateth oates.
Wormes gnaw fat things.
Lice do bite the ſkin.
As alſo gnats and fleas.
An ant is laborious.
A ſpider artificiall.
Bees do prick with the ſting.
What ever liveth is lively.

Of Man.

We do divers things.
With body and mind.
The head is filled with the brain.
Is covered with the haires.
(Except the countenance.)
No member is given in vaine.
For we ſee with our eyes.
We purge our filth by the noſe.
The forehead hath wrinckles.
The eares do hear.
The noſtrils do ſmell.
The tongue taſteth how things ſavour.
We chew with the teeth.
The ſtomack concocteth.
The bowels do caſt out.
The liver makes bloud, and ſendeth it through the veines.
The heart panteth.
The lungs do breathe.
The lips are about the mouth.
A beard adorneth the chin.
Women are beardleſſe.
We carry on the ſhoulders.
We embrace with the arms.
We labour with the hands.
The left holdeth, the right performeth a work.

Canis latrat.
Aries arietat.
Bellua laniat.
Lepus fugit.
Vulpes mutat pilos.
Catus (felis) capit mures.
Gallina ponit ova.
Anſer veſcitur avenâ.
Vermes rodunt pinguia.
Pediculi mordent cutem.
Ut & pulices atque culices.
Formica eſt laborioſa.
Aranea artificioſa.
Apes pungunt aculeo.
Quicquid vivit viget.

Hominis.

Nos agimus varia.
Corpore & animo.
Caput repletur cerebro.
Tegitur capillis.
(Excepto vultu.) (eſt.
Nullũ membrum fruſtra datũ
Nam oculis cernimus.
Per naſum excernimus.
Frons habet rugas.
Aures audiunt.
Nares olfaciunt.
Lingua guſtat quomodo res ſapiant.
Dentibus mandimus.
Stomachus concoquit.
Inteſtina egerunt.
Hepar conficit ſanguinem, & dimittit per venas.
Cor palpitat.
Pulmo reſpirat.
Labia ſunt circa os.
Barba ornat mentum.
Fœminæ ſunt imberbes.
Humeris bajulamus.
Brachiis amplectimur.
Manibus laboramus.
Siniſtra tenet, dextra peragit opus.

Palmâ

Palmâ palpamus.
Pugno percutimus.
Volâ prehendimus.

Digitis conſtringimus.

Unguibus ſcabimus & ſcalpimus.
Sub pectore venter eſt.
Infra axillas latera.
Sub his coſtæ.
Tergum habet ſupernè ſcapulas, infernè lumbos.
Natibus ſedemus.
Pedibus ambulamus.

Mentis.

Mens cogitat ſemper aliquid.

Etiam in ſomnio ſomniat.
Intellectus intelligit.
Ratio ratiocinatur.
Memoria meminit.
Et ſi quid oblita eſt, recordatur.
Voluntas vult bonum.
Declinat malum.
Sed ſæpe fallitur.
Gaudet & triſtatur.
Securus curat nihil.
Tutus timet nihil.
Vegetus laborat.
Feſſus quieſcit.
Vigilia enim fatigat.
Sopor recreat.
Cùm ſeptem horas dormiviſti
Et evigilas, excita alios.

Morbidorum.

Jejunus appetit eſcas.
Satur faſtidit.
Delicatus deligit.
Sanus ſi bene valet.

We handle with the palme.
We ſmite with the fiſt.
We hold with the hollow of the hand.
We ſtraiten (any thing) with the fingers.
We ſcratch and ſcrape with the nailes.
The belly is under the breaſt.
The ſides under the arme-pits.
The ribs below theſe.
The back hath the ſhoulder blades above it, below it the loines.
We ſit on the buttockes.
We walk with the feet.

Of the mind.

The mind alway thinketh of ſomething.
Alſo it dreameth in a dreame.
The underſtanding underſtands.
The reaſon reaſoneth.
The memory remembreth.
And if it have forgotten any thing "remembreth it.
The will deſires that wch is good. "Or calleth it to mind.
It ſhunneth evill.
But is often decieved.
It rejoyceth and is ſad.
A careleſſe man regards nothing.
A man that is ſafe fears nothing.
One that is luſty laboureth.
One that is weary reſteth.
For watching wearieth.
Sleep refreſheth.
when thou haſt ſlept ſeven houres
And awakeſt, ſtir up others.

Of the diſeaſed.

He that is faſting deſires meat.
He that is full loatheth it.
He that is dainty chooſeth.
One that is ſound is in good health.

A ſick man is ſicke.
He that is grieved complaines.
Diſeaſes without griefe are dangerous.
And for the moſt part deadly.
A feaver returneth by fits.
An apoplexy killeth ſuddenly.
A ſcab cauſeth an itch. (*bloud.*
A bile abounds with corrupt
A new wound is healed.
Whatſoever is rotten, ſtinketh.
A ſtrong man can beare much.
He that is tender (*can*) *ſuffer little.*
He that is blind ſeeth not.
He that is deafe heareth not.
He that is dumbe ſpeakes not.
No man wanteth the touching, but he that is ſick of a palſie.
A lame man halteth.
Something is wanting to the maimed.

Ægrotus ægrotat.
Cui dolet is queritur.
Morbi ſine dolore ſunt periculoſi.
Et plerumque lethales.
Febris redit per vices.
Apoplexia enecat citò.
Scabies facit pruritum.
Ulcus ſcatet tabo.
Recens vulnus ſanatur.
Quicquid putret, ſordet.
Robuſtus poteſt multum ferre.
Tener parum ſufferre.

Cæcus non videt.
Surdus non audit.
Mutus non loquitur.
Tactu caret nemo, niſi paralyticus.
Claudus claudicat.
Mutilo deeſt aliquid.

Of workmen.

A husbandman ploweth.
He ſoweth in the ſpring.
He moweth in the ſummer.
In autumne he gathereth the vintage.
In winter hee threſheth in the barne.
A gardner plants a garden.
A miller grindeth bread-corne in the mill.
A baker bakes bread of flower in a furnace.
A ſhepheard feedeth his flock.
He cutteth hay in the meadow.
He maketh cheeſes of milke.
A butcher killeth beaſts.
A huntſman hunts wild beaſts.
A fowler catcheth birds.
A fiſher fiſheth.
A cooke prepareth meat.

Opificum.

Agricola arat.
In vere ſeminat.
In æſtate metit.
In autumno vindemiat.

Hyeme triturat in horreo.

Hortulanus plantat hortum.
Molitor molit in mola frumentum.
Piſtor pinſit in furno panem è farina.
Paſtor paſcit gregem.
Secat fœnum in prato.
Format è lacte caſeos.
Lanio mactat pecudes.
Venator venatur feras.
Auceps capit volucres.
Piſcator piſcatur.
Coquus parat cibos.

Elixat

Elixat in olla.
Assat in verubus.
Frigit in butyro.
Torret in craticula.
Fercula condimus aromatibus.

Potum condimus in cella.
Ex uvis fit vinum.
Cervisia promitur è dolio.
Auriga jungit equos.
Et ungit rotas.
Et proficiscitur subitò, in cœno autem hæret.
Quum vehit onera curru aut trahâ.
Nauta navigat navi.
Nauclerus gubernat.
Remiges remigant.
Per fluvios vadamus.
Aut utimur scaphis. (culos.
Aut struimus pontes & ponti-
Viator it per semitam.
Et cavet ne erret.
Aut cadat in foveam.
Cedit retrò, ubi nequit pergere.
Mercator tractat merces.
Metuit damnũ, quærit lucrum.
Moneta gestatur in crumena.
Quoniam pecuniâ quæ debemus solvimus. (vili.
Emimus & vendimus caro aût
Nummi sunt diversi: quisque suo valore.
Netrix net è lino.
Textor texit linteum, telam.
Pannifex è lano pannos.

Sartor mensurat vestes.
Sutor suit calceos ex corio.

Pellio è pellibus pellicea.

He boileth it in a pot.
He rosteth it on spits.
He frieth it in butter.
He broileth it on a gredyron.
We season our dishes (of meat) with spices.
We lay up drink in a cellar.
Wine is made of grapes.
Ale is drawn out of a tun.
A carter joyneth horses.
And greaseth the wheeles.
And goeth suddenly, but sticketh in the mire.
When hee carrieth burdens in a cart or drey.
A mariner saileth in a ship.
A pilot guideth it.
Rowers row it.
We wade through rivers.
Or use boats.
Or make great or little bridges.
A traveller goeth through a path.
And takes heed lest he wander.
Or fall into a ditch.
He goeth backward, where he cannot proceed.
A merchant dealeth in wares.
He feareth losse, he seeketh gain.
Money is carried in a purse.
Because with money we pay those things which we owe.
We buy and sell deere or cheap.
Monies are diverse: every one in his own value.
The spinster spinneth out of hemp.
A weaver weaves linnen, a web.
A clothier (maketh) clothes of wooll.
A taylor measureth clothes.
A shoomaker soweth shooes of leather.
A skinner (maketh) leatherne coats of skins.

A roper

A roper twineth a rope.
A potter maketh jugs.
A joyner gleweth his desks.
A smith beateth.
A carpenter hewes with an axe, and buildeth a building.
He layeth the foundation, he setteth up the wals.
He covereth it with a roofe.
A weak (building) is not firme.
It is under-propped with props That it fall not.

Verbs Impersonals.

If it listeth you, it is lawfull.
If it irk you of a labour, let it ashame you.
It is meet that it irk you of sin.
Silence becomes a young man.
If it irke you of sitting, it is meet to walk abroad.

Restio torquet restim.
Figulus fingit fidelias.
Scriniarius sua scrinia glutinat
Faber cudit.
Lignarius asciat securi, & ædificat ædificium.
Ponit fundamentum, erigit parietes.
Operit tecto.
Debile non est firmum.
Fulcitur fulcris
Ut nè ruat.

Verba Impersonalia.

Si tibi libet, licet.
Si te piget laboris, pudeat te.

Decet te pœnitere peccati.
Adolescentem decet silentium.
Si te sessionis tædet, oportet spaciari.

Chap. 3.

Of the circumstances of things.

Adverbs.

WHo calleth me? I.
Is it thou? who is there then? Paul.
Let us expect till he come.
Well, God save you, I thank you.
How do you? so, indifferently.
Where hast thou bin? whence returnest thou? out of the town.
Which way wentest thou? through the gallery.
Whither wilt thou go? home.
And whither from thence? no whither.
When hast thou bin in the garden? Yesterday, to day, erewhile, of late, long ago.

Cap. 3.

De rerum circumstantiis.

Adverbia.

Quis vocat me? Ego.
Túne es? quis est igitur illic? Paulus.
Expectemus donec veniat.
Bene, salve, ago gratias.
Ut vales? sic, mediocriter.
Ubi fuisti? unde redis? ex oppido.
Quà ivisti? per porticum.

Quorsum vis? domum.
Et quò inde? nusquam.

Quando in horto fuisti?
Heri, hodie, modò, nuper, dudum.

Quando

Quando me invises? mox, cras, perindie, à liquando.

Scísne memoriâ lectionem?
Sic satis, ego minimè, neutiquâ
Quæ est causa? num es oblitus? ferè.
Cur non repetis?
Mihi nunc non vacat.
Quare? missus sum in villam.

Profectò? ibo unà, nequaquam.
Quamobrem? repetemus in itinere.
Id præstat quàm garrire.
Omninò, redibimúsne maturè?
Fortasse, sed vix. Eho dubitas?

Procul est, properabimus.
Ceu sutores? quid tum?
Nostram ætatem decet agilitas
Sic aiunt, imò sic est.
Ne clama, atqui sumus soli.
Quomodo ludemus? pila, quamdiu?
Totum diem. hui nimium est.
Atqui sunt feriæ.

When wilt thou visit me? by and by, to morrow, the day after, sometime.
Dost thou con thy lesson by heart?
So so, I do not all.
What cause is there? what, hast thou forgotten? almost.
Why dost thou not repeat?
I am not at leasure now.
Wherefore? I am sent into the village.
Truly? I will goe together with you, no.
Wherefore? we will repeat in our journey.
That is better than to prattle.
Farre away, shall we return presently?
Peradventure, but scarcely. Oh doubtest thou?
It is afar off, we will make haste.
As coblers? what then?
Nimbleness becomes our age.
So they say, yea it is so.
Cry not, but we are alone.
How shall we play? at ball. how long?
All the day. alas it is too much.
But they are holy-dayes.

Præpositiones.

Pergamus rogo te.
Nunc tibi parvas voculas exponam.
Ad nos trahimus, à nobis trudimus.
Cùm nobis ducimus, ante nos pellimus, ponè nos raptamus.
Secundùm flumen facile est natare.
Adversus illud impossibile.
Apud altare Sacerdos habet penes se Diaconum.

Prepositions.

Let us go on I intreat thee.
Now I will expound the small words to thee.
We draw to us, wee thrust from us.
We lead with us, we drive before us, we snatch behind us.
It is easie to swimme with the streame.
Against it is impossible.
The Priest at the altar hath his Deacon "in his power.

"Attending on him.

Touching

Touching one that is rash, observe that bee stay not within the house.
Let him climbe over the top.
Let him creep within the thrt-shold.
Confesse before us what thou hast done privately from us.
Because it is open.
I have done contrary to the command.
I have beene unthankfull toward the master.
One for his wickednesse, being a runnagate out of the house.
Running nigh the way, stood on this side the poole.
Afterward having gone beyond the poole.
He came into the wildernesse.
He went about the marishes.
He wandred among the woods.
He sailed beyond the sea, even to the utmost Ilands.
Nigh the bounds of the world.
Wandring out of the country.
For whom they entreat.
But for the example of others hee cannot be received.
Alas! how great mishap!
He is happy in comparison of such who keeps his conscience pure.

De temerario nota, quòd intra ædes non maneat.

Supra culmen scandat.
Intra limen reptet.

Fatere coram nobis, quid fecisti clam nobis.
Quia est palam.
Contra præceptum feci.

Erga præceptorem ingratus fui.
Quidam ob sua facinora, è domo profugus.
Juxta viam currens, citra stagnum consistit.
Deinde ultra stagnum progressus.
Venit in desertum.
Obibat circa paludes.
Oberrabat inter nemora.
Navigabat trans mare, usque ad extremas insulas.
Prope orbis terminos.
Extra patriam vagans.
Pro quo intercedunt.
Verum propter exemplum cæterorum non potest recipi.
Hem! quantum infortunium!
Felix præ talibus.
Qui conscientiam puram custodit.

Numerals.

* Likewise. *Know you how to number?* * *very well.*
Try then, how many things there are.
There is one volume of the Bible.
There are two Testaments, the old and the new.
Three persons of the holy Trinitie.

Numeralia.

Scis numerare? utique.

Tenta igitur, quot sunt res.

Unus est codex Bibliorum.
Duo sunt Testamenta, vetus & novum.
Tres personæ sanctæ Trinitatis.

Quatuor

Quatuor Evangeliſtæ, quinque ſenſus, ſex profeſti dies.
Septem petitiones in Oratione Dominica.
Octo dies ſunt ſeptimana.
Ter tria ſunt novem.
Decem præcepta Dei.
Undecim Apoſtoli, dempto Judâ.
Duodecim fidei articuli.
Triginta dies ſunt menſis.
Centum anni ſunt ſeculum.
Sathanas eſt mille fraudum artifex.

Foure Evangeliſts, five ſenſes, ſix working daies.
* *Seven petitions in the Lords Prayer.*
Eight dayes are a week.
Thrice three are nine.
Ten commandements of God.
Eleven Apoſtles, Judas being excepted.
Twelve articles of the faith.
Thirty dayes are a moneth.
A hundred yeers are an age.
Satan is the forger of a thouſand deceits.

[a] Not hallowed.
* So the Biſhop of Landaffe in his Treatiſe of the ſacrament of the Lords Supper divides them.

CAP. 4.
De rebus in ſcholâ.

SCholaſticus frequentat ſcholam.
Quò in artibus erudiatur.

Initium eſt à literis. (tur.
E ſyllabis voces componun-
E dictionibus ſermo.
Ex libro legimus tacitè.
Aut recitamus clarè.
Involvimus eum membranæ.
Et ponimus in pulpito.
Atramentũ eſt in atramentario, in quo tingimus calamum.
Scribimus eo in charta, in utraque pagina.
Si perperam, delemus.
Et ſignamus denuò rectè, vel in margine.
Doctor docet.
Diſcipulus diſcit non omnia ſimul, ſed per partes.
Præceptor præcipit facienda.

Rector regit Academiam.

CHAP. 4.
Of things in a ſchoole.

A Scholar frequenteth the ſchoole.
That hee may be inſtructed in the arts.
The beginning is from letters.
Words are compoſed of ſyllables.
A ſpeech of words.
We read ſilently out of a booke.
Or recite it aloud.
We wrap it up in parchment.
And lay it in a deske.
Inke is in the ink-horn, in which we dip the quill.
We write with it in paper on either page.
If badly, we blot it out.
And then mark it in the line, or in the margent.
A teacher teacheth.
A ſcholar learneth not all together, but by parts.
The Maſter commands things to be done. (my.
The Governor ruleth the Acade-

The

The Schoo'-maſter obſerveth & furthereth.
The obſerver warneth and ſetteth downe.
The Maſter inſtructs all, they attend ſeverally.
He amendeth faults.
The diligent profiteth, the negligent is beaten.
For the ferula is at hand.
They beat not with a ſtaffe.
But chaſtiſe with rods.
Go not out without leave.
Returne after thy ſtay.
Perform that which thou oughtſt to do.
A line is made by rule, a circle by compaſſe.
A Grammarian ſpeak th, a Logician diſputeth.
He diſcerneth truths from falſhoods.
A Rhetorician ſpeaketh elegantly, a Muſician ſingeth.
A Poet maketh verſes.
A Painter maketh a picture.
A Hiſtorian tels things done.
A Philoſopher ſearches nature.
A Phyſician imitateth it.
A Moraliſt ſhoweth manners, which become a vertuous man.
But of them a little lower.

Pædagogus advertit, & urget.

Cuſtos monet & conſignat.

Magiſter inſtituit univerſos, ſinguli attendunt.
Ille emendat mendas.
Diligens proficit, negligens vapulat.
Etenim ferula eſt præſtò.
Non verberant baculo.
Sed cædunt virgis.
Abſque venia nè exeas.
Poſt moram redeàs.
Quod agere debes, age.

Linea fit regulâ, circulus circino.
Grammaticus loquitur, Dialecticus diſputat.
Vera à falſis diſcernit.

Rhetor ornatè loquitur, Muſicus cantat.
Poëta carmina fingit.
Pictor effigiem pingit.
Hiſtoricus res geſtas narrat.
Phyſicus naturam ſcrutatur.
Medicus eam imitatur.
Ethicus tradit mores, qui ſtudioſum decorant.
Verùm de iis paulò infra.

Chap. 5.

Of things at home.

Knock at the doors, if they be ſhut.
When the doore is opened, go out.
And go in into the court, a key locketh the lock, and unlocketh it againe.

Cap. 5.

De rebus domi.

Pulſa fores, ſi clauſæ ſint.

Quum aperitur, tranſi oſtium.
Et intra in atrium, clavis claudit ſeram, iterúmque recludit.

Clavus

Clavus figitur, pavimentum calcamus.
A naile is faſtened, wee tread on the flowre.

Laquear nobis impendet, feneſtræ ſunt vitreæ.
The rooſe hangeth over us, the windowes are of glaſſe.

Hypocauſtum calefit, cameræ frigent.
A hot-houſe is warmed, chambers are cold.

In ciſtis & arcis abſcondimus res.
We hide things in cheſts and coffers.

In corbibus portamus.
We carry in baskets.

Succus non ſervatur in ſacco.
Juice is not kept in a bag.

In cubiculo ſunt lecti pulvinaribus ſtrati.
There are beds in a chamber covered with feather-beds.

Cervical ſubdimus cervici.
We lay a pillow under the neck.

Tegetibus nos integimus, cubantes ſupini vel proni.
We cover our ſelves with coverlets, lying with the face upward or downward.

Matula eſt pro urina, & ſeceſſus pro alvo levanda.
A chamber-pot is for urine, and a privy for eaſing the belly.

Excrementa fœtent.
Excrements do ſmell ill.

Thure ſuffimus.
We perfume with frankinſence.

Faciem lavamus quotidie.
We waſh the face dayly.

In balneo ſudamus.
We ſweat in a bath.

Sudariis tergimus nos.
We cleanſe us with napkins.

Tonſor tondet crines.
A barber curieth the haire.

Pectit comam pectine.
Hee kembeth the haire with a combe.

Maculæ abſterguntur ſpongiâ.
Spots are wiped out with a ſponge.

Quiſquiliæ verruntur ſcopis.
Sweepings are ſwept away with beſomes.

Induſium & tunicam, thoracem, femoralia, & tibialia induimus & exuimus.
We put on and off our ſhirt and coat, our doublet, breeches and neather-ſtockes.

Quoties opus eſt pallium & togam amicimus.
As oft as is needfull wee put on a cloak and gowne.

Pilei & collaria, chirothecæ, ſandalia ſunt honeſtatis ergo.
Caps and bands, glaves, ſandals are for credits ſake.

Cingulo nos cingimus, ligulis aſtringimus.
We gird our ſelves with a girdle, we tye with points.

Mappâ ſternimus menſam.
Wee cover a table with a table-cloth.

Ad juſculum & pulmentum eſt cochlear.
A ſpoon is for pottage and pap.

Edulia alia ſcinduntur cultro.
Other meats are cut with a knife.

Drive

Drive away flies with a flap.
Take away the covers.
Powre into the cup.
And drink to the gueſts.
Light a candle, ſit it into the candle-ſtick.
Snuffe it with ſnuffers, but not to put it out.
Man & woman are yoke-fellows.
A widower ſometime marrieth a maid.
A bridegroome hath a bride.
After the marriage, a husband (hath) a wife.
A child-bed-woman hath brought forth a child.
The nurſe kiſſeth him, and bugs him in her lap.
The ſon is an heire, the daughter receiveth a dowry.
Parents do bring up their iſſue.
A ſtep-father and ſtep-mother their ſtep-children.
Children are free, ſervants do ſerve
Servants do ſerve, houſhold attendants do houſhold ſervice.
Maid-ſervants do wait.
An uncle and aunt (called patruus *and* amita *in Latine) are the fathers brother & ſiſter,* avunculus & matertera, *the mothers.*
Grandfathers have "*nephewes.*
"Or grand-children. *Kinſmen kindred by marriage.*

Muſcas abige muſcario.
Tolle patinas.
Infunde in poculum.
Et propina hoſpitibus.
Accende candelam, inde candelabro.
Emunge emunctorio, ſed ut ne extinguas.
Vir & mulier ſunt conjuges.
Viduus ducit interdum virginem.
Sponſus habet ſponſam.
Poſt nuptias, maritus maritam.

Puerpera peperit puerum.

Hunc oſculatur nutrix, fovétque in gremio.
Filius eſt hæres, filia accipit dotem.
Parentes educunt ſobolem.
Vitricus & noverca privignos.
(unt.
Liberi ſunt liberi, ſervi ſervi-
Miniſtri miniſtant, famuli famulantur.
Ancillæ ancillantur.
Patruus & amita ſunt patris frater & ſoror, avunculus & matertera matris.

Avi habent nepotes.
Cognati affines.

Chap. 6.
Of things in the city and country.

A City is fortified with wals. As alſo with a trench and ditch.
The gate hath folding doores.
Hence go the ſtreets.

Cap. 6.
De rebus in urbe & regione.

URbs munitur mœniis.
Nec non vallo & foſſa.

Porta habet valvas.
Abhinc eunt plateæ.

In

In foro solent esse cisternæ.
cisternes are wont to bee in the market-place.

Ædificia sunt publica aut privata.
buildings are publike or private.

(Nam quod non uni proprium est, est commune.)
(for what is not proper to one, is common.)

Cives & incolæ incolunt civitatem.
citizens and inhabitants do people a city.

Rustici habitant in pago.
husbandmen dwel in the village.

Vicini in eodem vico.
neighbours in the same towne.

In curia congregatur Senatus.
the Senate is gathered in the court.

Consul præcedit, Senatores sequuntur.
the Consul goeth before, the Senators doe follow.

Judex (Prætor) judicat lites.
the Judge (the Maior) judgeth controversies.

Actor accusat sontem criminis.
the pleader accuseth the offender of a crime.

Reus se excusat.
he accused excuseth himselfe.

Testis jurat & testatur.
a witnesse sweareth and witnesseth.

Lictor ligat.
the officer bindeth him.

Et ducit in carcerem.
and carrieth him to prison.

Carnifex occidit & suspendit.
the executioner killeth & hangeth

Tabellarius fert literas (epistolam) cerâ & sigillo obsignatas.
a carrier beareth letters sealed with wax and seale.

Nunclus nunciat oretenus.
a messenger relateth [a] *face to face.*

Templum est sacer locus.
the temple is a sacred place.

Caupona profanus.
a taverne a profane (one.)

Ædituus pulsat campanas.
the Sexton ringeth the bels.

Populus coit in æde, exercet religionem.
the people meeteth in the Church, doth [b] *religious duties.*

In cœtu canuntur Psalmi & Hymni.
Psalmes and Hymnes are sung in the assembly.

Dei verbum prædicatur, Sacramenta administrantur.
the word of God is preached, the Sacraments administred.

Preces peraguntur devotè.
prayers are performed devoutly.

Festa celebrantur festivè.
feasts are celebrated festivally.

Magistratus est necessarius.
magistracy is necessary.

Ut Rex in regno regnet.
that the king may reigne in his kingdome.

Dominus domi dominetur.
let a lord rule at home.

[a] By word of mouth.

[b] Religion.

let them which rule be merciful.
Qui imperant, ſint clementes.

they which obey, obſervant.
Qui parent, obſequentes.

an honeſt maſter is approved, as alſo a faithfull ſubject.
Herus probus probatur, ſicut fidus ſubditus.

a Prince is lower, and a Duke. (That.)
Princeps eſt minor atq; Dux.

an Earle is greater then a Baron.
Comes, major quàm Baro.

a noble-man, a knight ennobled with tiles of honour.
Nobilis, eques inſignibus donatus.

peace is altogether to bee wiſhed.
Pax eſt prorſus optanda.

warre is hurtfull.
Bellum eſt pernicioſum.

unleſſe when an enemy is to bee driven away.
Niſi quum hoſtis arcendus eſt.

ſouldiers ſerve for wages.
Milites merent ſtipendia.

when they fight and skirmiſh.
Quum præliantur & pugnant

the trumpets ſound, the drums beat.
Tubæ clangunt, tympanæ ſonant.

they ſhoot arrowes out of bowes.
Ex arcubus jaciunt ſagittas,

they fight with ſwords.
Gladiis dimicant.

they defend themſelves with weapons.
Armis ſe defendunt.

they beat down towers with cannons.
Tormentis arces expugnant.

they returne with victory.
Revertuntur cum victoria.

Chap. 7.
Of Vertues.

Follow thou vertues.
Shunne thou vices which the law forbiddeth.
he that commits wickedneſſe is miſchievous (naught.)
that thou maiſt be wiſe, provide for the end.
behold the meanes, attend for the occaſion.
begin nothing raſhly, deliberate long, haſten ſlowly.
beleeve not a report, divulge not a ſecret.
do not affirm or deny that which thou art ignorant of.

Cap. 7.
De Virtutibus.

Virtutes ſectare.
Vita vitia quæ lex vetat.

Patrans flagitia, eſt ſceleſtus (nequam.)
Ut prudens ſis, proſpice finem.
Aſpice media, attende occaſioni.
Occipe nil temerè, delibera diù, feſtina lentè.
Rumori nè crede, arcanum nè vulga.
Quod ignoras nè affirma aut nega.

Inter-

Interroga potiùs.	*rather do thou aske.*
Esto temperans, quum esuris, ede.	*be temperate, when thou art hungry, eat.*
Quum sitis, bibe.	*when thou thirstest, drinke.*
Heluones vorant & potant.	*gluttons doe eate and drinke greedily.*
Prandium & cœna tibi sufficiant.	*let dinner and supper suffice thee.*
Jentaculum & merendum nè cura.	*regard not a breakfast and a beaver.*
Jejunare aliquando expedit.	*sometime it is expedient to fast.*
Sobrius non est ebrius.	*a sober man is not drunke.*
Esto castus, gere te pudicè.	*be chast, carry thy self shamefastly*
Esto modestus, non procax; taciturnus, non loquax.	*be modest, not babling; silent, not prating.*
Vos juvenes, colite senes.	*ye young men, reverence old men.*
Manifesta narra, secreta susurra, occulta cela.	*tel things manifest, mutter out the secret, conceal things hidden.*
Quum quis loquitur, tace.	*when any one speaketh, hold thy peace.*
Quum tibi quid dicit, ausculta.	*when he saith any thing to thee, hearken.*
Quum quid jubet, obtempera	*when he cõmands any thing, obey*
Noli te jactare.	*doe not boast of thy selfe.*
Nec fis arrogans aut superbus	*neither be arrogant or proud.*
Bona fama est ingens gloria.	*a good report is great glory.*
Hanc amare est fas, spernere nefas.	*it is lawfull to love it, unlawfull to despise it.*
Omnibus esto comis, nemini blandus.	*be gentle to all, flattering to none*
Adulator est odiosus.	*a flatterer is odious.*
73 *The floating sea is salt, like brine, and voideth out froth or some.*

g Creeks or gulfs, (as the Persian gulf, *sinus Persicus*) h *Æstus* is both ebbing and flowing. i Narrow seas, sounds.

74 *Where it boundeth the land, it hath Baies* g, *Armes, Capes, and necks of land.*

75 *The waves of it, by reason of the inward motion or* tide, h *flow six houres to the shore* [strand,] *and ebbe back again to the same place, with an hideous noise and roaring: especially within the straights* i.

76 *In the Northern coast the main sea is icy* [frozen.] *The wishs are over-flown with waters at high-water* [full-sea,] *and are bare* againe *at low water* [the ebbe.]

CHAP. 8. Of the earth.

a Stumbling, up and downe hill.

77 *The surface* [out-side] *of the Earth is in some places moist, or wet, plashy, well watered, grassie; in other places dry, parcht, rocky, cragged or rugged* a.

78 *In*

CAP. 7. *De Aquis.*

65 FLaticibus ſcatentes [*ſcaturientes*] ſaliunt fontes, unde rivi & rivuli manant.

66 Ex horum affluentia colliguntur fluvii, & denique flumina, jugiter intra ripas ſuas decurrentia, donec per oſtia [*fauces*] ſe exoneraverint in mare: quòd ſi alveos ſuperent [*ſupergrediantur*] eluvione ſtagnant agri circumjacentes.

67 Aſt ſicubi profluvio & decurſu carent, vel oppoſito obice [*cataracto, ſepto*] [a] inhibentur, ſiſtuntur, obſtruuntur, tument, & in ſtagna ſe diffundunt, niſi per emiſſaria exitum habeant. [a] *Coercentur.*

68 Paludes ſunt ſcaturigines ſine fluxu.

69 Torrentes ſunt aquæ pluviales rapidè defluentes; à quibus fiunt exundationes & diluvia [*inundationes.*]

70 Aquam, ubi fluit, fluentum; ubi gyratur, gurgitem & vorticem; ubi ſeipſam abſorbet, [b] voraginem [*barathrum*]; ubi expers fundi eſt, abyſſum dicito. [b] *Syrtis.*

71 Si quid ei mergis, emerget: ſed claram turbari quid (tandem) refert?

72 Bulla fit à ſtillante guttâ.

73 Mare fluctuans ſalſum eſt, inſtar muriæ, & ſpumam ejectat.

74 Ubi tellurem [c] terminat, ſinus, [d] promontoria & iſthmos habet. [c] *Circumſcribit.* [d] *Lingulas.*

75 Undæ ejus ſex ab intraneo æſtu horas fluunt ad litora, refluúntque reciprocè, cum ſonitu [*fremitu*] horribili, maximè intra freta.

76 In boreali plagâ Oceanus eſt glacialis [*hyberboreus.*] Æſtuaria in maris acceſſu [*fluxu*] aquis abundant [*inundantur*:] in receſſu [*refluxu*] nudantur.

CAP. 8. *De Terra.*

77 TErræ ſuperficies alicubi uda ſeu uvida eſt, uliginoſa, irrigua, herbida; alicui arida, exucca, petroſa, confragoſa.

78 Non-

[a] Campus.

78 Nonnullibi [a] planities campeſtris longè latéque extenditur; alibi montes, valles, ac convalles & petræ conſpiciuntur: hîc tumuli leviter aſſurgunt; illic depreſſiora *loca*, hiatus, antra [*caverna*] & ſpeluncæ ſubſidunt.

[b] Faſtigium. [*] *Deſcendentibus a ſupercilio per dorſum* [latus] *ad radices montis.*

79 Colles ac clivi [b] cacumen verſùs euntibus acclives ſunt, declives retrò [*].

80 Terræ-motus à ſubterraneis flatibus: qui ſi prorumpant foras, labes fiunt.

81 Glebam ſi teris & frias, pulvis eſt; ſi diluis & maceras, lutum.

CAP. 9. *De Lapidibus.*

82 LApis comminutus arena eſt, quæ ſi craſſior, ſabulum & glarea vocatur.

83 Saxa humi jacent, (ſive extent, ſive lateant) [*delitescant*;] cautes [*ſcopuli*] eminent; quorum multi inacceſſi.

[c] Lapillus.

84 [c] Scrupulus calceo illapſus, ni eximatur, urget.

[*] *Manuaria, vel gyratili* [rotatili.] [d] *Quorum acies obtunditur.*

85 Cote [*] acuimus [d] obtuſa; filice elicimus [*elidimus*] ignem; Lydio *lapide* probamus metalla, an proba ſint an adulterina.

86 Tophus arenoſus & ſcaber pedibus mundandis ſubſervit.

[e] Lapis pariu.

87 Alabaſtrites candidiſſimum [e] marmor, & porphyrites exciduntur è latomiâ [*lapicidinâ*.]

88 Magnes ſe obvertit ſeptentrioni directè, à meridie planè averſus.

89 Gemmarum pretioſiſſima eſt Carbunculus, ſecunda ab illâ Adamas, tum Turcois, Rubinus, Saphirus, Smaragdus, Topazius, Jaſpis, Hyacinthus, Onyx, Sardonyx, &c. qui angulati micant.

90 Hæmatites, Alectorius, Bufonius, Lazulus, Pyrites, ſequiores ſunt.

91 Uniones [*margaritæ*] in conchis reperiuntur.

[*] *Qui referunt fruticem lapideſcentem.*

92 Corallia ſunt arbuſculæ marinæ ramuſculi [*].

93 Vitrum cryſtalli ſimilitudinem habet, non duritiem: ſcinditur ſmyrite.

CAP.

78 *In some places an open champion* [b] [levell, plain] *lieth stretched out farre and wide: otherwhere are seen mountains, and vallies, and dales, and rocks* [craggs:] *Here small hils rise gently up; there low-lying grounds, gaping holes, caves and dens sink down.*

[b] Downe.

79 *Hils and cliffes are up-hill* [steep upward] *to them that goe toward the top; but down-hill* [steep downward] *to* them that go *back**.

* That go downe from the brow, by the hanging of the hill to the foot.

80 *An earth-quake is procured by blasts under-ground: which if they burst out, breaches* [c] or falls of earth *are made.*

[c] Huge gaping holes.

81 *If you bruse and crumble a clod, it will be dust; if you temper and mixe it with water,* it will be *dirt.*

CHAP. 9. Of Stones.

82 *A stone ground small is sand* or grit, *which if be of the thicker* [grosser] *sort, is termed drift-sand and gravell.*

83 *The greater stones lye along on the ground* (*whether they stand out or lye hid:*) *but ragged rocks stick out* on high; *many of which cannot be come at.*

84 *A little pebble stone being slipt into the shoe, troubleth* [a] the foot, *if it be not taken out.*

[a] Straineth, hurteth.

85 *With a whet-stone* * *wee whet* or sharpen *blunt* [b] *things; with a flint we strike fire; with a touch-stone we try metals, whether they be good* [currant] *or counterfeit.*

* A hand-whet-stone or grind-stone

[b] Whose edge is lost or dulled.

86 *The sand-stone being sandy and rough serveth to make clean the feet.*

87 *The alabaster, the whitest marble, and the red marble are cut out of the quarry.*

88 *The load-stone turnes it selfe directly* [c] *upon the North, and bends quite off from the South.*

[c] Iust, streight.

89 *Of jewels,* or precious stones, *the most* [d] *precious is the Carbuncle, the second after it the Adamant* [diamond] *then the Turquois, the Ruby, the Saphire, the Emerald, the Topaze, the Jaspes, the Jacinth, the Onyx, the* * *Sardonyx, and so forth; which being carved with corners, glister.*

[d] Costly, dear.

* *Sardonyx* is a stone of red, white and blacke colours intermingled; in the upper part resembling the colour of a mans nail, in the nether part the colour of *Sarda.*

90 *The blood-stone, the cock-stone, the toad-stone, the Azure* [Luzull] *stone, the Marchasite* [Fire-stone,] [e] *are of a courser sort.*

[e] Found in a toads head.

91 *Pearles are found in shell-fishes.*

92 *Corals are twigs* † [branches] *of a sea shrub.*

† Which resemble a shrub growne hard as a stone.

93 *Glasse hath the likenesse, but not the hardnesse of crystall: it is cut with an Emerald.*

CHAP.

CHAP. 10. Of Metals.

94 *Out of Mines Metals are gotten,* [digg'd or grubb'd out:] *out of which (becauſe they do both melt and then ſtand and thicken) ſundry things are new-caſt.*

95 *Gold is moſt perfect*, becauſe it is pureſt and weightieſt* [moſt maſſie,] *eſpecially the beſt and fineſt.*

* Becauſe the materials of it are ſo throughly mingled together.

96 *If a man put it into the furnace even an hundred times, it loſeth not ſo much as a jot of ſubſtance or eſſence.*

97 *Next hereunto cometh ſilver*, when it is refined* or ſheer; *but it hath droſſe and refuſe, which is burnt away.*

* Wrought into plate, or unwrought in *the wedge.*

98 *Iron howſoever* it bee *the hardeſt, yet is it fretted* [eaten in] *with ruſt: being ſome diverſe times purified and hardened, it is called ſteele.*

a Verd greaſe.

99 a *Greene ruſt ſticketh to* [hangeth on] *Copper. Of bell-metall Bell-founders caſts bells.*

b Molten.
c Pewter.

100 *Latton is braſſe coloured over with Ore: it can only bee* b *caſt, not wrought with the hammer, becauſe it is ſo brittle* [ſpalt.]

* A kind of ſaltiſh ſweat of the earth.

101 *Tin*c *is ſofter and cheaper* [leſſe worth] *then amber or blacke jet, and lead then this.*

† Which is tough or clammy, and ropeth out; by reaſon of its clamminеſs or gluiſhneſſe it will not readily part one piece from another.

102 *Quick-ſilver is one of the ſtrangeſt things in the world; it is liquid* [it runs about, may be poured out,] *and yet it is not moiſt* or wet.

103 *For, whether you poure it out upon ſomething, or dip* [drench] *ſomething into it, or beſprinkle any thing with it, nothing will be wet* [moiſtened.]

d It is made of red oker burnt. * For beſides the boiled ſalt, there is a ſalt digged out of Mines.

104 *Salt, allum*, antimonie, copperas, ſalt-peter, brimſtone, Jewi-ſlime* †, *petrol, bole-armoniak, ſcale-earth, white-lead, red-lead, chalke, ruddle* d, *ſinoper, arſenike* [orpin] *oker, are called* minerall juices* [digged out of Mines or veines,] *and are Druggſters ware.*

CHAP. 11. Of Trees and Fruits.

105 *A Plant, ſucking in moiſture by the tawes* [threads, ſtrings] *of the roots, thriveth, looketh freſh, brings forth leaves, flowers* [bloſſomes, flouriſheth, receiveth nouriſhment.]

a Fadeth, hangs the leaves.
b Shrinketh, rivelleth.

106 *Failing of that* moiſture *it flags*a, *tainteth* [withereth,] *and by and by drieth away*b.

107 *It is called a plant* or ſtem, *as it diſplaies it ſelfe into boughs,* arms, *branches and leaves:*

108 *Theſe*

CAP. 10. *De Metallis.*

94 METalla è fodinis eruuntur [*effodiuntur:*] è quibus, quia & liqueſcunt, & ſpiſſantur [*conſiſtunt*] varia conflantur.

95 Aurum eſt perfectiſſimum †, quia puriſſimum & ponderoſiſſimum, præſertim ª obryzum. † *Ob exquiſitiſſimam principiorum commixtionem.* ª *Excoctum.*

96 Clibano ſi vel centies immittas, nè hilum quidem ſubſtantiæ ſeu eſſentiæ deperdit.

97 Huic proximè accedit argentum *, quum purum putum eſt; ſed habet ſcorias & recrementa, quæ amburuntur. * *Fallum in vaſa & infectum* [rude, nondùm excluſum.]

98 Ferrum, ut ut duriſſimum, ferrugine arroditur: depuratum & conduratum aliquoties chalybs dicitur.

99 b Cupro adhæret ærugo. Ex ære campano campanas conflant fuſores æramentarii. b *Æri cypria.*

100 Orichalcum eſt cadmiâ tinctum æs: fundi tantùm poteſt [*eſt fuſile, non ductile*] ob friabilitatem.

101 Electro vel gagate ſtannum, & hoc plumbum mollius & vilius eſt. l *Intinga.*

102 Argento vivo [*hydrargyro*] nihil mirabilius: liquidum eſt, nec tamen madidum [*madet.*] * *Terra quædam ſalſugo aut ſalſuginoſus ſudor.* † *Quod tenax eſt & lenteſcit, atque ob lentorem haud facilè diſſiliet.*

103 Nam ſive id ſuper aliquid effundas, ſive ei aliquid immergas, ſive aſpergas, nihil madeſcit. m *Fit ex ochra combuſta.*

104 Sal, allumen *, antimonium [*ſtybium,*] vitriolum [*chalcanthum,*] nitrum, ſulphur, bitumen †, naptha, bolus armenus, terra ſigillata, ceruſſa, minium, creta, m rubrica, cinnabaris, auripigmentum, ochra, &c. ſucci minerales * dicuntur, ſúntque aramatariorum merces. * *Nam præter ſalem qui decoquitur aut in lacubus coagulatur, eſt & ſaſſilis, è ſodinis eruitur.*

CAP. 11. *De Arboribus & Fruticibus.*

105 PLanta fibris radicum humorem imbibens, aleſcit viget, frondet, florétque.

106 Eo deſtituta, flacceſcit, marceſcit, areſcítque illico.

107 Stirps dicitur, quatenus ſe in ramos, ramuſculos & frondes pandit:

108 His

108 His deſectis, trunci, caudicis & ſtipitis nomen habet.

* *Qui decortivi poſſit.*

109 Extrinſecùs cortex *, intùs [*intrinſecùs*] libri ſunt (qui, dum virent, glubi poſſunt:) medulla eſt intima.

110 Arboribus folia delabuntur & recreſcunt; præterquam gummoſis, quæ continuò [*uſque & uſque*] vernant. ut buxus, aquifolia ſeu agrifolia, taxus, &c.

† Arbor *ſæpius exit in* us; fructus *in* um; locus *in* etum. *Ceraſus in ceraſeto ſint ceraſa: fraxini in fraxineto.*

111 Pomus † [*malus*] malus medica [*citria,*] pyrus, ceraſus, prunus, ficus, olea, ſunt ſativæ: Fraxinus, fagus, alnus, ornus, ſylveſtres; ut & pinaſter, pyraſter, oleaſter, &c.

112 Illæ omnes fructiferæ: harum pleræque ſteriles, ut betula, populus alba, populus nigra.

113 Quædam umbriferæ ſunt, opacant, & umbracula præſtant; nominatim, tilia, platanus ulmus, & cæteræ latifoliæ, folioſæve [*frondoſæ.*]

* *Dicitur* oleſicarpos, *quia florem exeruit priuſquam ſemen maturuerit.*

† *E qua exudat lacryma abiegna* [terebinthina Veneta.]

114 Salix * in ſalicto dat vimina, quorum contextu corbes & crates contexuntur.

115 Abies † procera eſt, ut & picea, larix, cupreſſus, cedrus.

* *Morus nouiſſimè omnium germinat frigore elapſo, & cum poſtremis folia amittit, ideoque prudentiſſima fingitur.*

116 Palma fert dactylos [*caryotas*;] & quò preſsiùs deprimitur ac curvatur, eò validiùs in ſublime nititur: unde ut victoriæ inſigne uſurpatur*.

b *Calyx.*

† *Caducus eſt, fugax* [minimè durabilis.]

117 b Gemma hians extuberat & protrudit florem, flos extruditur à fructu, (qui in fico groſſulus:) qui ubi maturuit, carpitur, aut decutitur, aut per ſe decidit †.

118 Quidam ſunt præcoces, alii ſerotini, [*chordi,*] alii perennes (ut baccæ juniperi:) eduntur autem vel ſuculenti & recentes (aliquando cum termite devulſi) vel vieti, vel fracidi; quippe ex oporotheca [*oporophylacio*] deſumpti.

119 Cera-

108 *These being cut off, it bears the name of the trunck* c, *stock and stump.*

c Main body, bulk, block.

109 *The hard rind* [outward barke *] *is without: the peele* [inner barke] *within (which, while it is green, may be peeled out) the pith is innermost.*

* Which may be disbarked.

110 *Leaves fall off from trees and grow againe, except from gummy* ones, *which are continually green* [fresh-springing,] *as the box-tree, the yew-tree, the holly-*[holme-] *tree, and the like.*

111 *The* † *apple-tree, orange* [limon, citron-] *tree, pear-tree, cherry-tree, damosin-*[plum-]*tree, fig-tree, olive-tree, are* d *garden-trees: the ash, beech, alder* [aller,] *the wild ash, are wilde; as also the wild pine, the wild peare, the wild olive, &c.*

† The *trees* end often in *us*, the *fruit* in *um*, the *grove* or place planted with them in *etum*.

112 *Those* first *are all fruit-bearers: the most of these* forrest-trees *are barren, as the birch, the white poplar, the asp.*

A cherry-tree beareth cherries in a cherry groũd: Ashes in a grove of ashes.

113 *Some are shady* or shadowing, *make it dark, and serve for bowres* or harbours; *by name, the linden* [lime,] *the plane-tree, the elme, and the rest that are broad-leaved,* or full of leaves.

d Such as may be set or planted.

114 *The willow* * [withy, sallow,] *in a grove of willows* [an osier ground] *yeeldeth pliant twigs* [osiers,] *by wreathing of which together, baskets,* panniers, *and hurdles are woven.*

* It is called *frugiperda*, because it casteth the blossome before the seed be ripe

115 *The firre-tree is tall* [lofty,] *as also the pitch-tree, the larch, the cypresse, the cedar.*

116 *The palm tree beareth dates, and the more closely it is pressed down, bent* or bowed, *the more strongly it straineth to arise on high; whence it is used for a token of victory. The mulberry bloometh last of all, when the cold is gone; and is one of the last that sheds her leaves, and is therefore fained to be wisest.*

117 *The gaping bud* e *swelleth forth and thrusteth out the flower* or bloome f: *the blossome is thrust quite out by the fruit (which in a figge-tree is the greene figge:) which when it is mellow is cropped,* gathered, *or shaken downe, or of it selfe drops off* †.

e Knop.

f Blossome, gay.

† A wind-fall is not lasting [*will not keep.*]

118 *Some are rath* [summer fruit, hastings,] *other late-ward; others long-lasting* [hanging on all the yeere through,] *as Juniper berries: Now they are eaten either just now ripe, plump and* g *fresh,* (*sometime* as they are *pulled off with the branch that they grow on*) *or withered* [crumpled, shriveled] *or rotten-ripe, as being taken out of the apple sollar* h.

g New gathered.

h Fruit-lost.

119 *A cherry hangeth by somewhat a long stalk, a bullace on somewhat a short stele.*

120 *Medlars are covered with doune, and full of gravell: Plumbs* [prunes] (*damask prunes, aprecocks, peaches, wheat-plums, damsons, bullaces, sloes*) *have stones in them*.

* In the midst of the apple lurks the core.

121 *He that hath a mind to get out the kernell and eat it, must put away the* i *husk, and must break* [cracke] *the nut-shell with his teeth or nut-cracker* (*unlesse it have nought in it:*) *whether it be wall-nut, or filbert, or hazle-nut* (*which the hazle-tree beareth*) *or a water-nut, or an almond, or a chest-nut.*

i Peel, coat, shale.

† It is called unbaptized, undipped, because it floteth in the top of the water, and will not be dipt nor sink.

122 *The cork-tree* † *and stone oak bear mast, the oak acorns* k *and galls* [oak-apples;] *the pine pine nuts* inclosed in the pine-apple, *which are made pleasant* [sweetned, seasoned] *with sugar; the cornell-tree cornels; the bay-tree, the maple and wild service-tree bear berries.*

k Shut up in cups or shales.

123 *As well mast-peares as others, pistakes, services, carobs,* [carob-beanes] *dates; also quinces, oranges, citrons, limons, wardons, pom-granats**, *and chest-nuts, bind the body* [make one costive:] *Figs, strawberries, mulberries, raspberries, myrtleberries* [whurtle-berries, blackberries,] *melons, pompions, colloquintida, cucumbers, goosberries* [scaps, seaberries,] *raisins of the sunne, currans, loosen* [are opening.]

* Which have kernels [grains, seeds] in them.

124 *Frankincense, myrrhe, mastick, camphire, rosin, sleshglew, turpentine, pitch,* (*as well stone-pitch as tar*) *are the juices and gums of certain trees; yea and amber too, as they report.*

CHAP. 12. Of Herbs.

125 *AN herb growing out of a stalk or stem* (*basil gentle, cucumbers, pepons, melons, gourds, wax* [grow up] *very speedily*) *bloometh* [bloweth, flowreth,] *and dieth early; save housleek and periwinkle, which* a *are lasting.*

a Last the yeare through.

126 *The rape* [turnep,] *the navew, parsnip, carret, skirwit, cabbage, spinage, colewort, headed colewort, jagged colewort, lettuce, hogs bread or* Maries seale, *orage, artechoke, parsly, water-cresses, purslan, sorrell, and the like worts* or pot-herbs *grow in a kitchin-garden.*

b Straw, stal.

127 *Those are fruits of the earth that rise up to a* b *blade, and bear eares* (*whether bearded, or naked without hawnes,*) *whose grain or kernell the husk cherisheth* [keep warme:] *as rice,*

119 Ceraſum ab oblongo ° petiolo pendet, amaryllum breviuſculo. ° *Pediculo.*

120 Meſpila ſunt lanuginoſa [*lanugine obducta,*] & calculoſa, [*lapidoſa:*] Pruna (damaſcena, armeniaca [*præcoqua*] perſica, cerina, hiſpanica, nana, ſylveſtria) ᵖ oſſiculata*. ᵖ *Habent oſſicula.* * *In medio pomi latet pericarpium* [volva, putamen interius.]

121 Putamen amygdalæ, & Nucem (ſi caſſa non eſt) dentibus aut nucifrangibulo [*nucifragâ*] frangat [*confringat*] oportet, qui nucleum enucleare & eſſe vult: ſive ſit juglans, ſive pontica, ſive avellana, (quam fert corylus) ſive amygdalum, ſive caſtanea.

122 Suber ᵠ & Ilex glandes, Quercus glandes ʳ & gallas; Pinus ſtrobilos ˢ, qui ſaccharo condiuntur. Cornus corna; Laurus, Acer, & Sorbus ſylveſtris baccas ferunt. ᵠ *Dicitur* abaptiſton, *quia in ſumma aqua fluitat, at baptizari aut ſubſidere neſcit.* ʳ *Calice incluſas.* ˢ *Nuces pineæ incluſas in cono.*

123 Pyra tam hordearia quàm cætera, Piſtachia, Sorba, Siliquæ, Dactyli; item Cotonia [*Cydonia,*] Aurantia, Citrea, Limonia, Volema, Punica* [*Granata*] mala, & Caſtaneæ, ſtipant [*adſtringunt, oppilant:*] Ficus, Fraga, Mora [*mora Mori,*] mora Rubi Idæi, mora Myrti [*Myrtilli,* ſeu *Vaccinia,*] melones, pepones, cucurbitæ, cucumeres, uvæ ſpinæ [*criſpæ, groſſulariæ*] paſſæ, Corinthiacæ, laxantᵗ. * *Quibus inſunt acinis.* ᵗ *Alvum molliunt, dejiciunt.*

124 Thus, Myrrha, Maſtiche, Camphora, Reſina, Sarcocolla, Terebinthina, Pix, tam concreta [*arida,*] quàm liquida [*fluida*] ſunt arborum certarum ſucci & gummi; quin & Succinum [*electrum, lyncurium, gliſſum,*] ut ferunt.

CAP. 12. *De Herbis.*

125 HErba cauli vel ſcapo [*thyrſo*] excreſcens (Ocymum, Cucumeres, Pepones, Cucurbitæ, ocyſſimè crelcunt) efflorelcit & emoritur quotannis: præter Sedum [*Sempervivum*] & Vincam pervincam, quæ perennant.

126 Rapum, napus, paſtinaca lutea, carota, ſiſer, raphanus, ſpinacia, braſſica, braſſica capitata [*crambe,*] braſſica apiana [*ſabellica,*] lactuca, cyclaminus [*cyclaminum,*] atriplex, cinara [*ſcolymus,*] petroſelinum [*apium,*] neſturcium, portulaca, oxalis [*acetoſa,*] & ejuſmodi Olera enaſcuntur in olitorio.

127 Fruges ſunt, quæ ſurgunt in culmum [*calamum* ª,] & ſpicas (ſive ariſtatas ᵇ ſive muticas) ferunt, quarum granum glumæ fovent, ut oryza, ª *Feſtucam, cujus internodia geniculo diſtinguuntur.* ᵇ *Ariſtâ munitas.*

c *Far.*

oryza, zea [*ador*,] milium, panicum, frumentum Saracenicum, trumentum Indicum, fagopyrum.

128 Legumina verò ſiliquæ & valvuli includunt: ut in faba, piſo, ervo, cicere, lupinis, viciâ, lente & phaſeolis videre eſt.

129 Sed qui fit, ut in triticum ſecale [*ſiliginem*] & olyram, imò in æram & lolium, [*zizania*,] Hordeum in ægydopem [*feſtucam*,] Avena in avenam fatuam degeneret?

130 Farrago pecoris cauſâ ſeritur. Avenæ deglubitæ juri inſerviunt.

131 Bulboſa ſunt, Allium, Cepa, Porrus [*Porrum*,] Scilla, [*Squilla*,] Colchium.

e *Moſchata, odorata.*

132 Aromata ſunt, piper, gingiber, cedoaria [*zedoaria*,] cinnamomum, nux e myriſtica, macer, caryophilla, crocus, acorum, coriandrum, aniſum, anethum, cuminum, finapi, galanga, arum, carum, *carvum*,] cnicus [*cartamus*,] fœniculum, thymus.

133 Odoriferæ, verbenæ, & coronariæ (quibus corollas, ſerta & ſervias vient) ſunt, Amaracus [*ſampſuchum, majorana*,] amaranthus, bellis, caryophyllus, lavandula, leucoium, conſolida regalis, ptarmica, pæonia, roſa, roſmarinus, tulipæ, liliæ, violæ, ſerpillum, primula veris, &c.

* *Roſa Græca, althæa frutex, clematites* [periclimenum.]

134 Gramini accenſentur alſine, anagallis, anſerina, biſtorta, camædrys, cuſcuta, dictamum, euphragia, lagopus, lepidium, piloſella, perſicaria, publicaria [*pſyllium*,] ſenecio, ſonchus [*taraxacum*] alopecurus, muſcus, carex, polygonum, betonica, trifolium, cytiſus, plantago, millefolium, convolvulus, conſolida, malva, lappa, urtica, ebulus, prunella, artemiſia, erica, ruſcus, anonis [*ononis*]; & aquatiles, alga ac lens paluſtris.

† *Dipſacum, dancbus.*

135 Medicinales hortenſes ſunt, abrotonum mas & fœmina, acanthus, horminium, nardus, veſicaria [*helicacabus*,] aloë, aquilegia, cardui † varii, gentiana, helenium [*inula*,] helleborus, hyſſopus, leviſticum [*hippoſelinum*,] matricaria, menta, thymus, pulegium, pyrethrum, ruta, ſalvia, ſatureia, intubum ſativum, thymbra, fœniculum, fœnum græcum, rhabarbarum, caſſia, ſemen ſanctum.

1 *Sanandis morbis utiles.*

136 Medicinales [1] campeſtres vel *temperatæ* ſunt, ut adiantum, aſparagus, glycyrrhiza: Vel *calidæ*, ut abſinthium, agrimonia, angelica, apium,

vice, ſpelt, millet, panick, Turky wheat, Indian maize, buck.

128 *But ſhales, cods, and huls incloſe pulſe; as we may ſee in the bean, peaſe, the red peaſe, the cich-peaſe, lupines, the vetch* [fetch,] *the lentill and the welſh beanes* [beanes of Rome.]

129 *But how cometh it to paſſe that wheat* [a] *groweth out of kind into rye and vice, yea into darnell? barley into poor-oats? oats into wild oats?*

[a] Degenerateth, turneth worſe.

130 *Bullimong* [mixt provender] *is ſowne for cattell. Oats huſkt* [oatmeale grotes] *ſerve for gruel.*

[b] Havery, light.

131 *Garlick, onions, leeks, the ſea-anion, wild ſaffron*[c]*, are bolled* [round-headed.]

[c] Hermodactyl.

132 *Theſe are ſpices: Pepper, ginger, zedoary, cinnamon, nutmeg, mace, cloves, ſaffron, ſweet-cane, coriander, anniſe, cumminſeed, muſtard, galangall, wake-robin* [cuckow-pintle,] *caraway, baſtard* mocke *ſaffron, fenell or finkell, thyme.*

133 *Sweet-ſmelling, ſtrewing herbs and garland-flowers (of which they wreath coronets*[d]*, chaplets, garlands, poſies, noſegaies) are, majoram, flower gentle, the daizy, the clove-gilliflower, lavander, winter gilly-flower, wild cummin, ſneezing wort,* [ſpike] *piony, the roſe, roſemary, tulips, lillies, violets, wilde time, the primroſe, and the like.*

[d] Sweet-briar [*eglantine,*] marygold, flower-de-luce, hony-ſuckle or *wood-bind.*

134 *Theſe are reckoned among graſſe; chickweed, pimpernell, wild tanſey, ſnake-weed* [adderwort,] *Engliſh treacle,* [Germander,] *doddor* [with-wind,] *ditanie*, garden ginger, *eye-bright, hares-foot, wild creſſes, mouſtare, muſmart, flea wort,* [flea-bane,] *groundſell, ſow-thiſtle, fox-taile, moſſe, ſedge, knotgraſſe, betony, trifoly, citiſh, plantain, yarrow, withi-winde* [bindweed,] *cumfry, mallow, clothur, the nettle, walwort, ſelf-heal, mugwort, ling,* [heath, heather,] *knee-holme*[e]*, cammocke; and theſe water-herbs, ſea-weed and ducks-meat.*

[e] Butchers broom.
[f] Reſt-harrow.

135 *Phyſicall* [g] *garden-herbs are, ſoothernwood he and ſhee, bears-foot, clarie, ſpikenard, alkakengie, aloes, columbine, divers thiſtles* †, *gentian*[i]*, enulacampana, hellebore* [neeze-wort,] *hyſſop, lovage, feverfue, mint, time, peniroiall, wilde pellitory, rue, or* herb-grace, *ſage, ſavery, garden-ſuccory, winter ſavery, fennell, fenegreek, rubarb, cinnamon, worm-ſeed.*

[g] Good to cure diſeaſes.
† The teazle, ſow thiſtle.
[i] Felwort.

136 *Phyſicall field-herbs are either* temperate, *as, maiden-haire, ſperage, lycoriſh: or* hot, *as, wormewood, agrimony* [liverwort,] *angelica*, ling-wort, long-wort, *parſly* [ſmallage,]

age,] *balme* gentle-mint, *mugwort, folefoot, burrage, buglosse, oxe-eye, beete, oke of Jerusalem, cammomill, groundpine, centory, pil-wort* [figwort,] *calamint* [wild pennyriall,] *coloquintida, fleabane, yellow carrets, divels milke, wolfes milke, fumitories, wild flaxe, horehound, mellilote, mercury, gith, pepperwort, ragwort, wilde margeram, hogfennell* [sulphur-wort,] *burnet, okeferne, priests pintle, saxifrage, scarbious, stonewort,* [finger-fearne,] *water germander, wild-running-betonie, sole-*[colts-] *foot, vervin, blewbottle, &c. Or* cold, *as, orage, sorrell, petty-sorrel, woodsorrell, spinach, succory, wild succory garden endive, henbane, mandrake, sowre sorrell* [ditch-dock,] *pellitory of the wall, purslane, and spinage: Or* moist, *as, the water-lilly, &c. Or* dry, *as, perwinkle, wallwort, ferne, woad, cinquefoile, woolblade* [ligwort.]

The rest that follow pertaine to Surgery: hartwort, houndstongue, sea-hollie, drop-wort, broom, rapturewort, shepherds-purse†, *St. Johns wort, tansey, tormentill* [set-soile,] &c*.

† Shepherds-purse is good to stanch bloud.

* Selandine, eyebright, marshmallow, spurge, horehound, folefoot, maidenhair, crowfoot, the dock, chervill, rocket.

137 *Aconite, wolf-bane, hemlock, are poisonous: but the head of poppy being wounded* [hackt, gasht,] *droppeth forth Opium, which hath a power to*[b] *procure sleep, to dull and make senselesse* [to benumme, take away feeling]. *Out of herbs put into a still* [limbeck] *is drawne forth a distilled water, by force of fire put under; the watery steame being carried upward to the head of the Still, and so running downe again thorow the spout.*

[b] Cast into a sleep.

CHAP. 13. Of Shrubs.

138 *THe elderne, the barbery tree, the riberry bush* [*bastard currant tree*] *the bush, the blackberry bush, the raspberry-*[hineberry-]*bush, the ivie with ivie-berries, privet, licoris, balsome, night-shade, savine, the bean tree, butchers broome, the tamariske, the mastick tree, the holme-*[holly-] *tree, the prickly*[l] *paliurus, and the bramble-bush, goe under the name of shrubs and young shoots: Also broom, whins* [furs,] *the barbery-bush, the white-*[haw-] *thorne, holly* [hulver, holme.]

[l] Beset and encompassed with a row of thorns or *prickles*.

139 *Reeds* [canes,] *rushes and bulrushes, grow up in marsh-*[fenny-]*grounds.*

140 *They make mats of the*[m] *smooth bulrush, upon which grow cats-tailes*[n].

[m] Plain without knots.

[n] Downy tufts or tassels.

141 *Mushroms,*

um, apiaſtrum [*meliſſa,*] artemiſia, aſarum, borrago, bugloſſa, buphthalmus, beta, botrys, chamæmelum [*chamomilla,*] chamæpytis, centaurium, chelidonium minus, calamintha, colacynthis, conyza, daucus, eſula, tithymalus, fumaria, Imanaria, marrubium, melilotus, mercurialis, nigella, melanthium, orchis, origanum, peucedanum, pimpinella, polypodium, ſatyrium, ſaxifragia, ſcabioſa, ſcolopendrium, ſcordium, ſerpillum, tuſſilago, verbena, cyanus, &c. Vel *frigidæ*, ut atriplex, acetoſa [*oxalis,*] acetoſella, panis cuculi [*alleluia,*] blitum, cicorium, chondrilla, intybus, [*endivia, ſtaviola,*] hyoſciamus, mandragora, oxylapathum, parietaria, portulaca, & ſpinacia: Vel *humidæ*, ut nymphæa, &c. Vel *ſiccæ*, ut clematis [*vinca, vinca pervinca,*] ebulus, filix, glaſtum [*iſatis,*] quinquefoliũ [*pentaphyllum,*] verbaſcum.

Sequentes Chirurgicæ ſunt: ariſtoloch'a, cynogloſſum, eryngium, filipendula, geniſta, herniaria, burſa [m] paſtoris, hypericum, tanacetum, tormentilla, &c.

137 Aconitum, napellus, cicuta, venenatæ ſunt: ſed papaveris capitulum vulneratum diſtillat opium, quod vim habet ſoporandi & ſtupefaciendi [*torporem inducendi* [n]] *Ex herbis elubato impoſitis, vi ignis ſubjecti, extrahitur* [eliquatur] *aqua ſtillatitia; vapore in ſtillatorio capitellum evellio* [ſurſum acto,] *& denuò per roſtrum* [o] *deſluente.*

[m] *Burſa paſtoris ſanguinis ſiſtendo conducit.*

[n] *Vim narcoticam* [ſenſum obtundendi.]

[o] *Canaliculum.*

CAP. 13. *De Fruticibus.*

138 SAmbucus, berberis, ribes, dumus rubus, rubus idæus, hedera cum corymbis, liguſtrum, glycyrrhiza, balſamum, ſabina, ſiliqua [*ceratium,*] ruſcus [*bruſcus,*] tamarix, lentiſcus, agrifolium, paliurus [b] ſpinoſus & ſentis, frutice ac virgultâ cluent †.

b *Spinarum ſorte obſitus & circumcinctus.*

† *Geniſta, geniſta ſpinoſa, oxyacanthas, ſpina acuta* [cynosbaton,] *ruſcus ſylveſtris.*

139 [d] Arundines [*cannæ,*] junci, holoſcheni in paluſtribus proveniunt.

d *Calami.*

140 Ex ſcirpo enodi (cui typhæ innaſcuntur) tegetes conficiunt.

141 Boleti, tubera, ruffuli, inter fungos præſtantiſſimi ſunt.

CAP. 14. *De Animalibus, & primò de Avibus.*

142 QUicquid vitâ, ſenſu & motu præditum eſt, animal eſt.

143 Alites namque volant, aquatilia [*natalitia*] natant, (illæ pennis, [*alis*,] hæc pinnis;) quadrupedia currunt, reptilia repunt.

144 Volucres ſunt bipedes (manucodiatam eſſe apodem, ſed falſò, dicunt) & plumatæ & roſtratæ (excepto veſpertilione, qui piloſus & dentatus.)

145 Roſtro grana ſigillatim colligentes, ingluviem refercium: nulla mingit.

146 Procreationis causâ nidificant [*nidos ſtruunt:*] Halcyon " in ipſo pelago nidulatur.

" *Alcedo.*

147 In [a] aviario ſecluſæ alites villaticæ pariunt ova [b] (quæ ſubter teſtâ albumen & vitellum [*luteum*] occultant [*occulant*]) iiſque incubantes (niſi urina ſint) pullos implumes & involucres excludunt (qui dum pipiunt, [d] pipiones dicuntur) & pullitiem ſub alarum tegumento fovent.

a *Gallinario.*

b *Subventanea non puliſcent.*

d *Præſertim gallinacei & columbini.*

148 Rapaces ſunt, vultur, buteo, milvus, accipiter, tinunculus, falco, æſalo, halietus, niſus †: quæ unguibus uncis turtures, aliáſque innocuas dilaniant.

† *Silveſtres ab accipitario manuſcribunt.*

149 Noctua noctu (non ſubluſtri ſolùm, ſed & illuni) tuetur [*cernit,*] interdiu cæcutit: ut & aliæ nocturnæ, bubo, aſio, [*ſcops, aluco,*] ulula, ſtrix, caprimulgus, nyctcorax.

150 Phaſiani, pardali, tetraones [*tardæ, otides,*] e meleagrides [*gallo-pavones,*] capones fartiles, anſerculi, gallinagines [*rhiticulæ,*] attagines, perdices, turdi, coturnices, in delitiis [f *mattya*] habentur.

e *Numidicæ.*

f *Mattya.*

151 Olor [*cygnus,*] fulica, mergus [*larus,*] querquedula, onocrotalus [*taurus,*] gavia, pelecanus, urinatrix, & aliæ aquaticæ, palmipedes ſunt; nulla pennipes.

152 Sturni gregatim, ſed abſque ordine; grues valdè [g] congruè; ardeæ præpetes admodum excelsè volitant [*ſubvolant.*]

g *Congruenter.*

153 Canoræ

141 *Muſhroms, puffs, and the reddiſh ones are the moſt excellent among toad-ſtooles.*

CHAP. 14. Of living creatures, and firſt of Birds.

142 *WHatſoever is endued with life, ſenſe, and motion, is a living creature.*

143 *For fowles flie, water-creatures ſwim (thoſe with wings, theſe with fins,) foure-footed* creatures *run, vermin* [creeping things] *creep.*

144 *Flying* creatures *are two-footed, (the bird Paradiſe, they ſay, but falſly, is foot-leſſe,) they are alſo feathered and beaked; except the Bat* a, *which is hairy and toothed* b.

a Reer-mouſe.
b Gag-toothed.

145 *Picking up kernels one by one with their bils,* or beakes, *they ſtuffe their crop: no* Bird *piſſeth.*

146 *They build neſts to breed in: the kings-fiſher neſtleth* [makes her neſt] *in the very Sea.*

147 *Poultry* c *ſhut up in a hen-houſe, lay egges (which under a ſhell hide the white and the yolk) and ſitting on them (unleſſe they be addle *) they hatch* [diſcloſe] *young chicks, callow and unfledge, (which while they peep* [cheep, yelp,] *are called* d *peeping chicks) and they brood their brood under the covering of their wings.*

c Coopt or mued up in a mue.
* Addle eggs will not prove chickens.
d *Pipio* is uſually a pigeon or chicken.

148 *The vulture* e, *buzzard, kite* [glead, puttocke,] *hauk, falcon, merlin, goſhauk, ſparrow-hauk* †, *are ravenous* [birds of prey] *which teare to peeces the turtle-doves, and other harmleſſe* birds, *with their crooked clawes or* talons.

e Geer.
† Haggards are reclaimed by the Falconer.

149 *The owl ſeeth by night (not onely in a cleare* ſtar-light night, *but alſo in a darke* night, when there is no moone-ſhine:) *in the day time ſhe is halfe blind* [dim-ſighted] *as are alſo other night-birds, the ſcritch-owle, the bernacle, the howlet, the unlucky ſcritch-owle, the goatmilker, the night crow* [raven.]

150 *Pheſants, plovers, buſtards, turkies, crammed capons, goſlings* [green geeſe,] *wood-cocks, ſnites,* or ſnipes, *moor-hens, partridges, thruſhes, quailes, are counted dainty diſhes.*

151 *The ſwan, the ſea-gull, the cormorant, the teale, the bitterne, the ſea-cob, the didopper, and other water-fowle, are whole-footed; none is feather-footed.*

152 *Stares,* [ſtarlings] *fly flocking together* [by troops] *but not on a row: Cranes fly very orderly together: Herons ſoaring up, fly a very high pitch.*

g Without order.

153 *The*

153 *The goldfinch, larke, nightingale, linnet, chaffing, wirwall, owzell* or blackbird, *and flaxfinch, are singing* [shrill] birds.

154 *The wood colze and stock-dove are wild doves.* h. *In a dove-* [pigeon-] *house, to each paire of tame* ones *is appointed out a locker.*

h Pigeons, culvers, i Dove coate.

155 *The cole-mouse*[k], *wood-pecker, gnat-snapper, hunting, yohinred-breast, and red-teale, feed upon worms, as doth also the lapwing, perhaps.*

k Great titmouse.

156 *It were ridiculous* [to be laught at] *for the wren and the little Titmouse to compare* [match] *themselves with the Ostrich.*

157 *The thrush* [mavis] *is said to* l *dung himselfe a mischiefe, because what he bedungeth, that sprouteth forth to mistel-n, whence* comes *bird-lime*[*].

l Work his owne woe. * The field-fare usheareth in the approaching winter.

158 *The quaile hath a short* [bob] *taile close by his rump, the wag-taile is never weary of wagging his taile, the peacock prideth himselfe in spreading abroad his sundry-coloured* tail, [bespangled,] *and variously speckled with little eyes.*

159 *The lark*[m] *pricketh up his tuft, the cock crowing on his owne dunghill, setteth up his comb, the plover cracks nuts with his beak* [bill.]

160 *A goose,* or gander, *and gosling* (*which they*[m] *fat up with* [n] *cobs in a coop*) *gaggleth, a duck or drake quacks, a hen cackles and clucketh, a raven croaketh, an eagle frilleth, a storke chatereth, a cuckow* (*although fed up by the titling,* or hedge-sparrow, *for her owne*) *cuckoeth, the owle howleth, the pie chatters, the jackdaw kaugheth, the crow* [o] *chats, the swallow* [*] *sings, the sparrow chirps, mincetb,* drawes it out small, *the pullet clocketh.*

m Crammeth. n Pellets.

o The carrion-crow or rook. * Brings newes of the spring comming on [*new at hand.*]

161 *But the parrat* [popinjay] *useth to frame words distinctly,* treatably, *by syllables.*

162 *The phœnix, gryffon, harpies, are fictions.*

CHAP. 15. Of Water Creatures.

163 *Fishes let in water at the mouth, and let it out at the gils.*

164 *The scaly ones are live-breeders, the smooth ones spawn.*

165 *Of whom the males* [melters] *have milts* or rowes; *the females* [spawners] *have spwone* or fry.

166 *Fresh-water-fishes are, the sturgeon, the boneless lax, the glib* slippery *eele* (*which slips away if you take hold of her,*) *the*

153 Canoræ ſunt, acanthis, alauda, acredula [*luſcinia, philomela,*] carduelis, fringilla, galbula, merula, linaria.

154 Palumbus & livia ſunt columbæ feræ. Singulis cicurum paribus deputatur loculamentum in columbario, [*periſterio, periſteretropheio.*]

155 Merops [b], upupa [*picus,*] ficedula, rubetra, rubecula [f], rubecilla [*phœnicurus,*] vermibus veſcuntur; ut & vanellus fortaſſe.

156 Trochilus [g] & parvus parus ridiculè ſe ſtruthioni [*ſtruthiocamelo*] compararent.

157 Turdus ſibi ipſi exitium cacare dicitur; quia quod conſpurcat, hinc viſcum pullulat: unde viſcus [*viſcum,*] id eſt, aviarium gluten*.

158 Coturnix curtam habet caudam juxta orropygium [h]; Motocilla ſuam indeteſſè motat [*quatit*]; Pavo ſuam verſicolorem, ocelliſque variè pictam, diſpandens, ſuperbit.

159 Caſſita [*galerita*] cerrum, gallus cucuriens in ſuo ſterquilinio criſtam erigit; pardalus roſtro nucleos frangit.

160 Anſer [*gauſa*] & anſerculus (quem in corte turundis ſaginant) [*opimant*] gingrit; anas tetrinnit; gallina gracillat, glocitat & gluctit; corvus crocitat, aquila clangit, ciconia crepitat [*glotorat,*] cuculus (licet à curruca pro ſuo enutritus) cuculat; noctua cucubat, pica garrit, monedula [*graculus*] fringulat, cornix [i] cornicatur, hirundo * trinſat, paſſer fritinnit aut minurit, pullus pipit.

161 Cæterum pſittacus articulatas voces conformare [*formare*] ſueſcit.

162 Phœnix, gryps, harpyiæ, figmenta ſunt.

b *Apiaſter.*
f *Erithacus, rubellio.*
g *Regulus.*
* *Glaucium* [collatio] *eſt hyemis ingrumis autumbulo.*
h *Coccyga.*
i *Carnivora, & frugivora.*
* *Venis appetentia pranuncia.*

CAP. 15. *De Aquatilibus.*

163 Piſces lympham ore immiſſam per branchias emittunt.

164 Squamoſi ſunt vivipari, glabri ovipari.

165 E quibus mares habent lactes, fœminæ ova.

166 Fluviatiles ſunt, ſturio [*acipenſer,*] amia exos, anguilla lubrica (quamſi capeſsis, elabitur) capito,

capito, mullus, barbus, trutta [*aurata*,] mugil, alburnus, leuciſcus, gobius [*ſundulus*,] muſtela, apua.

167 Piſcinales, cārpio [*cyprinus*,] lucius [*lupus*,] perca, tinca, oculata [*melanurus*,] preſenus, eruthrinus.

168 Marini: ſalmo, muræna [*fluca*,] congrus, raja, oſtrea†, eſox, & varia monſtra, ut phoca, &c.

† *Scombrus, rhombus, uda, ſepia.*

169 Haleces ſalitas & conditaneas in tinis, paſſas verò, ut & ſole toſtos paſſeres, in faſciculis nobis afferunt.

170 Aſellus [*ſalpa*] arefactus, niſi probè contuſus, eſui non eſt.

171 Delphinus pernicitate, balæna [*cetus*,] magnitudine omnibus anteit.

172 Cancer & Cammarus [*aſtacus, locuſta*,] cum [a] chelis ſuis prorſum [*antrorſum*] & retrorſum gradiuntur.

a *Acetabulis.*

173 De muricis [*conchylus*,] oſtro purpura † comparatur [*conficitur*;] †Color verè purpureus, [*Strinus, Tyrius, Sarranus*,] cujus parandi modus intercidit, nobis incognitus.

CAP. 16. *De jumentis.*

174 JUmenta ſunt animalia domeſtica atque cicuria, nos juvantia.

175 Gibboſus enim camelus vehiculi vicem præſtat rebus ponderoſis aliò deportandis.

176 Equus jubâ inſignis, etſi ferox indole, domatur tamen, ut obtemperet ſeſſori (de quo infrà.)

177 Effrœnis nihilominùs ferocit eúmque dejicit [*peſſimus dat:*] Admiſſarius equam initurus efferatur: Calcitro calcitrando ferit, niſi poppyſmo demulceatur.

178 Cantherius factus hinnire deſiſtit, ac ferocire deſinit.

179 Dum pullus eſt, ungulis ejus ſoleæ non applicantur.

180 Pandus [*repandus*] [b] aſellus ab agaſonis fuſte rudit.

b *Aſinus.*

181 Taurus cum paleari pendulo boat & mugit: Agnus balat.

182 Vervex blacterans eſt aries, cui ſerotum adempeum; vexatus

the codfiſh, mullet, barbell, the trout, pollard, bleake, freſh water mullet, gudgeon, eel-pout, dace,* or groundling.

* Call'd ſo, becauſe it is of a paliſh white.

167 *Pond-fiſhes are, the carp, pike, perch, tench, ruffe, bream, roch.*

168 *Sea-fiſhes are, the ſalmon, lampry, conger, thorn-backe* [skate †] *oiſter, laxe, and diverſe monſters: as the ſea-calfe, &c.*

† Makerill, turbut, ſprat, cuttle.

169 *They bring us ſalted and pickled herrings in herring la-rels, but dried* firſt; as alſo plais b aried in the ſun, in bundles.*

* Red herrings.
b Flounders, halibuts.

170 *Dried haberdine* [ſtockfiſh] *is not fit to eat, unleſſe it be well beaten and bangd.*

171 *The dolphin gotio bryon l all in ſwiftneſſe, the whale in bigneſſe.*

172 *The crab and creviſh,* or lobſter, *go ſo ward and back-ward with their clawes.*

173 *Purple-die* † *is gotten* [made] *of the purple-ſhell-fiſh.* † *The way to make right purple colour is loſt, being to us unknowne.*

CHAP. 16. Of working cattell.

174 *Working cattell* [labouring beaſts] *are homebred and tame living creatures, which a help us.*

a Do us ſervice.

175 *For the bonbacked* [bunch-backt] *camell ſerves inſtead of a waggon, to carry heavy* [weighty] *things* [burdens] *to another place.*

176 *The horſe, b faire to ſee to with his mane, although fierce of diſpoſition, yet is tamed* [broken] *to obey his rider, (concerning whom, more hereafter.)*

b With his goodly mane, although of a fiery metall.

177 *For all that, being unbridled, he grows unruly and throws him down. A ſtallion being about to cover a mare, is enraged; a ſtriker c ſtriketh by kicking d* [yerking out his heeles] *if he be not ſtroked,* and uſed gently, *with clapping and ſmacking* the mouth.

c Wincer, kicker.
d Wincing, ſpurning.

178 *Being made a gelding hee gives over* [leaveth] *neighing, and ceaſeth to be unruly* [becomes tame.]

179 *As long as he is a ſole,* or colt, *he is not ſhod* [horſe-ſhoes are not ſet on his hoofes.]

180 *The ſhrinking e* [ſaddle-backt] *aſſe brayeth at the drivers cudgill.*

e Bow-backt.

181 *The bull with his dangling dew-lap belloweth and loweth: the lamb bleateth.*

182 *A blaring wether is a ram whoſe cod is taken from him; being*

f Bireeth, dosseth, runs at.

being vexed he butteth f, with his head, him that runs a-gainst him [meets him.]

183 Caper is *a buck goat gelded: a kid as yet, though wanton and lasivious, hath no beard.*

184 *A hog*, or swine, *wallowes* [tumbleth, weltereth] *in* his *wallowing-place; he* grunteth, *but cheweth not the cud, howsoever he* g *be cloven-footed.* (*If he be not gelded, he is called a bore pig: a libb'd sow* is called *a spaid:*) *with a yoke*, or clog, *he is kept from doing mischief.*

g Divides the hoof.

h Pigd her litter.

185 *The pigs suck the teats of the sow that hath* h *farrowed: being weaned, they are called shoates* [greese.]

i Cubs *of a beare, fox, wolfe, &c.*

k Baieth, bawleth.

186 *The dog, together with the* i *whelps*, or puppies, *barketh* k *at a stranger; one drawing near he biteth, even secretly*, [closely, making no noise.]

187 *If you anger him he gurnes*, [grinnes, gnarreth,] *with his chaps wide gurning; if you smite him, he yelpeth* [whineth, moaneth,] *and haughs* [barkes.]

188 *If he fall* [run, be taken] *mad, he runs about all abroad, and whatsoever he falleth upon he teareth it, and makes it afraid of water; but being* l *wormed he groweth gentle. A bitch useth to run a-salt* [goe proud.]

l The mad-worm under his tongue being cut out.

CHAP. 17. Of Wilde Beastes.

a Lawnes, chases.

189 Wilde *beastes, feeding in pleasant graves, or along the forrests, in woods, for* [betake themselves] *to their dens, and each lurketh* [skulketh] *in his own covert*, kennell, or lurking-hole.

m Of whose tooth is made Ivory. b Left it written. c Fodder, Stover.

190 *The braying* Elephant m, *the greatest beast that is (of which some have* b *recorded, but falsly, that he hath legs without any bending) draweth his food* c *to him with his trunk or long snout.*

191 *The wild asse and the unicorne inhabit the most hidden desarts*, [wildernesses] *and they haunt wilde* [unfrequented] *over-growne places.*

192 *The rhinoceros* [nose-horne] *is cloathed with horny scales.*

d Is of proof against any thrust or flash.

193 *The alces hide* [skin] d *cannot be pierced with cutting.*

194 *The shaggy* [rough-haired] *beare grumbleth and roareth: she fashioneth* [formeth] *the whelps shee brings forth by licking them round about.*

e Taketh not hold on.

195 *That which the libbard catcheth* e *not at three jumps, he lets it alone*, [gives it over.]

196 *The*

vexatus occurſantem [*occurrentem*] ſibi arietat petulcus.

183 Caper eſt caſtratus hircus: hœdo, quantumvis petulanti & petulco, nondum eſt aruncus.

184 Porcus in volutabro volutatur, grunnit, & non ruminat, ut ut biſulcus [c]: (non caſtratus dicitur verres; exſecta ſus, majalis:) numellâ cohibetur à maleficio.

[c] *Biſidâ ungulâ.*

185 Porcelli [*ſuculi*] lumen ſcrofæ [d] ſugunt: à lacte depulſi, nefrendes dicuntur.

[d] *Suis partum emixa.*

186 Canis unà cum catulis [e] allatrat advenam; appropinquantem mordet [*rodit*] vel clanculùm.

[e] *Baubatur.*

187 Si irrites, diſtento [*diduſto*] rictu ringitur: ſi percutias, quiritatur & baubatur.

188 Rabie correptus diſcurrit paſsim; & in quod irruit, laniat, hydrophobúmque reddit: at excisâ lyttâ manſueſcit. Canicula ſolet catulire.

CAP. 17. *De Feris.*

189 IN amœnis nemoribus, aut ſecus ſylvarum ſaltus paſtæ [a] feræ repetunt [*recipiunt, reſerunt ſe ad*] ſua luſtra [*ſpelæa*;] ac quæque in ſuâ latebrâ [*latibulo*] latet.

[a] *Paſentes.*

190 Elephas [b] [*elephantus, barrus*] belluarum maxima, barriens, (quem crura ſine flexu habere nonnulli, ſed falsò, memoriæ produnt,) proboſcide [*promuſcide*] pabulum attrahit.

[b] *& cujus dente confiſi ebur.*

191 Onager & monoceros [*unicornis*] abditiſſimas deſerta incolunt, & inhoſpita teſqua frequentant.

192 Rhinoceros oſſeis ſquamis indutus eſt.

193 Alcis tergus ſecando eſt impenetrabile, [*ictu gladii non ſecatur.*]

194 Villoſus urſus murmurat & uncat: catules [*urſulos, urſellos*] quos progenuit, circumlambendo effingit.

195 Pardus [*panther*] quod terno ſaltu non prehendit, emittit.

196 Tigris

196 Tigris curſu valet, & ferocitate omnes exæquat, imò ſuperat.

197 Lynx maculoſa viſu pollet : hinc proverbium, Lynceis oculis videre.

198 Cervum cornua non gravant, quamvis grandia & ramoſa : agilis eſt, & longiſſimi ævi : rancet interdum, imprimis in autumno, cum amore ardens, cervam avidè cupit & inſequitur.

199 Non abſimilis huic dama, ſed minor : item caprea [*dorcas,*] cujus maſculus hinnulus eſt.

200 Capricornus (ibex) & rupicapra præruptas rupes ſcandunt †.

† *Et petras juxta oram maritimam*

201 Bubalus [*biſon,*] urus, ſylveſtres [*feri*] boves ſunt.

202 Leo armis hirtis & leæna formidoloſè rugiunt.

d *Primo.*

203 Vulpes ineunte d vere glabreſcens fit depilis & alopeciam patitur, gannit : vulpecula nunquam cicuratur.

† *De improviſo occilit.*

204 Lepore nihil timidius : quidquid ſtrepit, aures arrigit, aut † ſe proripit & in pedes conjicit, atque ad dumeta confugit : dum capitur, vagit.

205 Cuniculus fodicando cuniculos, talpa grumos facit.

206 Herinacio [*echino*] & hiſpidæ hyſtrici aculei horrentes ſunt pro pilis.

207 Simia operum noſtrorum imitatrix eſt, ut & cercopithecus *.

* *Ambo fœtidâ oris gravolentiâ infeſti* [moleſti.]

208 Glire & mele nihil ſomnolentius.

209 Viverra, muſtela, martes, martes ſcythica, muſtela alpina, &c. pelliceis conveniunt.

† *Et mus equaticus.*

210 Sciurus, ſorex †, ericetus, mus araneus, &c. foramina ſibi cavant, in quibus hybernant.

211 Sed mus penuaria perrepcans, & muſerdis ſe prodens, cato [*feli*] aut muſcipulæ ſubinde præda fit.

CAP.

196 *The tiger is good at running* [ſwift of foot] *and* f *is as fierce, yea and fiercer then all.*

f Equalleth, yea out-goeth all in fiercenesse.

197 *The ſpotted,* ſpeckled, *lynx is ſharp-ſighted* [good at quick-ſight:] *hence the Proverbe, As quick-ſighted as Lynceus.*

198 *Horns do not load,* or over-burthen *the hart, though main great ones, and branched into knags: he is nimble, and very long lived; ſometimes he hath the rot, eſpecially in Autumne* [harveſt time,] *when, burning with luſt, he greedily deſires and purſues* [hunts after] *the hinde.*

199 *The fallow deere,* buck or doe, *is not unlike him, but leſſer; and alſo the roe, whoſe male is the hinde,* or roe-buck.

200 *The wild-goat and the* Ibex *climb* [clamber] *up the craggy rocks* †.

† And ſtony cliffs by the ſea coaſt.

201 *The buffall, the bugle* [elk], *the owr, are wild oxen.*

202 *The lion with his* g *ſhag-hair'd ſhoulders, and the lioneſſe* [ſhee-lion] *roare hideouſly.*

g Snarl'd.

203 *The fox, in the beginning of the ſpring ſhedding his haire, groweth bald,* or pild, *and falleth into the fox-evill* [ſhedding of haire:] *he balleth* [yelpeth:] *a foxes cub is never tamed.*

204 *A hare is the fearfulleſt thing that is; whatſoever* h *noiſe is made, ſhe pricks up* her eares, *or elſe ſtarteth up before one be aware, and away ſhe flings, and betakes her ſelfe to* her *hoeles, and runs away to the thickets: when ſhe is caught ſhe ſqueaketh.*

h Creaketh, ruſſleth.

205 *By delving,* or grubbing, *the cunny,* or rabbet, *maketh burrowes; the mole* i, *billocks.*

i Want, mould-warp.

689 *Neer-bordering nations for the moſt part ſtrive* [quarrell] *about* their *borders* [frontiers] *and marches: but if they ſet out the bounds by meers and land-marks, and make peace* [enter into covenant]; *it is a* cc *league; which they that break and tranſgreſſe, are forſworn, and covenant-breakers.*

* Land-lords, lords of the demean: whoſe reteiners and penſioners [*tenants at will*] hold lands or poſſeſſions in fee, or by copyhold [*baſe tenure*], by fealty, ſuit and ſervice, or homage as later *Writers* call it.

b Put in his bar, *or* negative.

c Or Iudges circuit.

cc Treaty.

CHAP. 65. Of Peace and Warre.

690 A *Peaceable eſtate is moſt to be wiſhed for; but ſometimes it cannot be held but by force of arms.*

691 *For trouble-townes* [boute-feuz] *ſeditions and cloſe knaves, at the inſtigation of their leaders, ſow privie factions and conſpiracies among their own country-men and fellow-ſubjects; and when they have conſpired* [ſworn to hold together], *they ſtur up routs* [riots] *and* a *hurly-burlies; which if they be not timely appeaſed, the State breaks apeeces into ſidings* cc, *and mortall* [deadly] *civill wars are made.*

692 *A forrein enemy* b *breaketh in from without; againſt whom their is need of a defenſive war.*

693 *Which is denounced by a herald at arms; or peace is ſued for by an embaſſador of peace, if one deem himſelf unprovided, or too weak for* [not able to match] *the enemies power.*

a Commotions.

cc Partakings.

b Invadeth.

694 *In*

694 *In vain ſhall he that is* [c] *no man at arms undertake to make warre.*

[c] Vnwarlike, not martiall.

695 *For* [d] *warlike furniture requireth many things*; as *ſouldiers*, (*which are to be enrolled* [embilled] *preſſed with preſſe-money, and muſtered* * *in the muſtering place*) *proviſion of food, aid of* [e] *confederates* [allies], *and very coſtly charges.*

[d] Proviſion for war.

[e] That are in league.

696 *Therefore their pay muſt be raiſed in time, as alſo victuals: and ſome muſt be appointed to deliver or pay out: leſt they mutine and riſe in an uproar.*

697 *Then the army muſt* [f] *be levied, and marſhalled into regiments, companies* [bands], *centuries* [hundreds], *enſignes, troops: and over theſe muſt be ſet Lieutenants, Captaines, Serjeants, Captains of horſe, Colonels*; *and laſtly, over all a Lord Generall, to whom they* [g] *are ſworn.*

[f] Meet at ſome randevooz.

[g] Take an oath.

698 *Young* [freſh-water] [h] *ſouldiers are mingled among the old beaten ſouldiers: volunteers, and ſuch as are both for horſe-ſervice and foot, troop together either with the foot-men* [infanterie,] *or horſe-men* [cavalrie]: *there are alſo preſent croſſe-bow-men, pioners, and men that fortifie: the ſcullions, drudges* [droiles] *and pages are taken in for drudgery* [any emploiments.]

[h] Novices.

699 *A man ſhall have harneſſe enough, if he be covered with a* [i] *coat of mail, a ſouldiers cloak, an helmet* [ſallet] *or head-peece, a breaſt-plate, a buckler or ſhield* [target]; *and provided of* [furniſhed with] *weapons to fight withall. Curaſſeers* [Bard-horſe-men, men [k] of armes] *have armour of prooſe.*

[i] Brigantine, buff-coat.

[k] In compleat armour.

700 *If a* [l] *Fleet* [Navie] *be rigg'd, it will alſo aske grapples and hooks*; *that ſo in a ſea-fight, the ſouldiers that ſerve at ſea may the more eaſily board a ſhip, which they would viſite and make a prize of.*

[l] An Armada.

701 *A ſword is girded on, or hanged on by a belt* [m], *that it may be drawn the more readily out of the ſcabbard* [ſheath,] *and being drawn* [n], *may be run up to the hilts* [o] †.

[m] Hangers.

[n] Vnſheathed.

[o] Pummell.

† A back-ſword is not two-edged, but ſharp only on one ſide.

702 *Let archers* [bow-men] *be enured to draw* their *arrowes out of the quiver, to uncaſe the bow and bend it with the ſtring, and to beat off the aſſailants that preſſe hard on, and to ſet them farther off.*

703 *Let the gunners* [musketeers] *charge their muskets with gunpowder* *; *after let them give fire with a match, and diſcharge* [let off] *and play upon the enemy*; *but levelling* [aiming] *juſt at the* " *mark, to hit it.*

* To give the louder crack or report.

" Butt.

704 *When they go upon any ſervice, and march a good way off*, they

694 Imbellis nequicquam bellare [*belligerari*] præſumet.

695 Apparatus enim bellicus multa depoſcit: militem (qui conſcribendus, auctoramento auctorandus, armandus, & in diribitorio luſtrandus *) commeatum, confœderatorum auxilia, dapſilésque ſumptus.

* *Armilluſtrio recenſendus.*

696 Maturè ergò ſtips cogenda, ſicut & victualia b, & præſtandi qui erogent, nè tumultuentur ſeditioſi.

b *Cibaria.*

697 Tum congregandus & ordinandus exercitus, per legiones, cohortes, centurias, vexillationes, turmas: præficiendíque his Decuriones, Centuriones, Tergiductores [*Optiones,*] Magiſtri equitum, Tribuni [*Chiliarchæ,*] omnibus denique Imperator, cui ſacramentum dicunt.

698 Tirones intermiſcentur veteranis, volones & dimachæ peditatui vel equitatui ſe agglomerant: adſunt etiam cunicularii, baliſtarii & munitores: lixæ c, calones & caculæ ob ſervitia adſciſcuntur.

c *Mediaſtini, qui in nave meſonauta.*

699 Armaturæ ſatis erit, ſi tectus (is loricâ, ſago, galeâ ſeu caſſide, thorace, ſcuto ſive clypeo [*ancili, parmâ, peltâ, cetrâ:*] inſtructus verò ab iis quibus dimices. Cataphractorum arma ſunt d vulnerum immunia.

d *Impenetrabilia.*

700 Si claſsis navalis ornatur [*inſtituitur*] ea etiam uncos [*harpagines*] hamáſve poſcet; ut in naumachiâ epibatæ [*claſſiarii*] eò faciliùs inſiliant navem, quam expilent & expolient [*deprædentur.*]

701 Gladius accingitur, vel balteo appenditur, ut è vaginâ ſtringatur promtiùs, evaginatúſque f recondatur capulo tenus †.

f *Diſtrictus.*

† *Machæra non eſt ancepi, ſed ab altera tantum parte acuta.*

702 Sagittarii è pharetrâ ſagittas promere, arcum è coryto exutum nervo tendere, ingruentéſque protelare ac ſubmovere confueſcant.

703 Sclopetarii ſclopeta nitrato [*tormentario*] pulvere onerent *; poſt adhibito fomite ignario diſplodant & effulminent *in hoſtem*; ſed ad ſcopum prorſus collimantes, ut eum configant.

* *Vt ſclopum* [fragorem] *edant vehementiorem.*

704 Cum expeditione ſuſceptâ longiùs proficiſcuntur; caſtra

castra † metari, tentoria paxillis figere, munitionibus ſe vallare, & excubiis (quas excubitores agunt) circummunire opus eſt.

† *Quæ non moventur niſi vaſis conclamatis.*

705 Emittendi ſubinde in omnes partes (ſive armati, ſive inermes) ſpeculatores & exploratores, quorum in militiâ inſignis uſus eſt, ut & teſſeræ [*ſymboli,*] quâ ſui ſe recognoſcunt.

g *Cum populatione.*

706 Qui excurſiones pabulationis causâ populabundi g faciunt, & *agros* depopulantur; caveant nè itineribus obſeſsis, reditus ſibi intercludatur.

707 Induciæ ſi panguntur, obſides dantur.

* *Vt de ſummarum rerum decretis* (decernant).

708 Ad prælium eductæ copiæ * inſtruuntur, & vel in cuneum coguntur, vel in phalangem aliis b aut cornibus i munitam.

h *Equitum.*

i *Pedatum.*

k *Signa.*

709 Vexilla k erecta in medio ferunt ſigniferi; quos anteſignani cum ſpathis [*romphæis*] præcedunt. Apud Romanos, haſtati primam aciem duxerunt; ſecundam principes: poſt principia, intervallo intermiſſo, triarii (ſpectatæ virtutis) in extremâ acie agmen noviſsimum claudebant [*cogebant*].

710 Tympaniſtæ & Tubicines Claſsicum canentes, tubarum ac lituorum ingeminato clangore atque tympanorum ſtrepitu ad alacritatem commilitones incendunt.

l *Prælium committunt.*

m *Juſto prælio.*

711 Velites uſitatè l pugnæ faciunt initium velitando: poſt velitationem concurritur agmine toto, & acriter pugnatur m pugna ſtataria: hæc autem coitio [*impreſsio*] eſt acerrima.

712 Eminùs quidem funditores lapides fundis & catapultis mittunt: alii tela baliſtis, glandes bombardis, tormentis ac pyrobolis; jacula & ſpicula [*miſsilia*] amentis ejaculantur n.

n *Emittunt.*

o *Cum ad manus veniatur, & collato pede* (ſignis) *manus conſerunt.*

p *Securibus amazonius.*

q *Qui & enſes falcati, harpæ.*

713 Cominùs o autem conflictantur, dum ſariſſas & lanceas mucronatas [*cuſpidatas, præpilatas*] haſtâſque colliduntur; dum bipennibus p ſummo niſu vibratis tranſverberant; cæſtibus, clavis, aclidibus & calis proturbant; framearum, pugionum ac verutorum mucrone [*cuſpide*] pungunt & confodiunt; enſium, acinacum q, ſicarum acie cædunt.

714 Fit ſtrages cruenta, cadunt promiſcuè hinc atque hinc, ejulatu & boatu horrendo [*tremendo.*]

715 Conſli-

they had need to encamp [pitch their camp †], *to set up the tents* [huts °] *sure with stakes* p, *to entrench with fortifications, and guard themselves round with watching and warding, which the sentinels keep.*

† Which is not dislodged, but when proclamation is made to truss up bag & baggage.

° Pavilions.

p Also pins, pegs, sprkets.

705 *Now and then spies and scouts (whether armed or unarmed) must be sent out into all quarters: whereof there is speciall use in warefare, as also of the watch-word, whereby they of the same company know their owne men.*

706 *They that make inroads* [invasions] *for forrage, wasting* [harrying] *and spoiling the country as they go: let them* " *take heed, lest the passages being block'd up, their return be cut off.*

" Beware.

707 *If a truce be agreed upon, pledges* [hostages] *are given.*

708 *The forces being brought out to fight* * *are ranged in battell* [put in array;] *and are either put in battallion wedge-wise, or cast into a squadron, foure-square, fortified with wings or cornets.*

* To try it out, to put all to the hazzard of a battell.

709 *The Standard-bearer* [Enfignes] *carry* q *the colours displayed in the midst: whom some go next before to guard them, with two-handed swords. Among the Romans, the Pike-men led the vantgard* r: *the ableſt bodied ſouldiers, the main battell: behind them a good diſtance, the ſtouteſt-tryed ſouldiers brought up the hindermoſt reer-ward.*

q Advance.

r Fore-front, vanguard.

710 *Drummers and trumpeters ſounding an alarm, by redoubling the ſhrill ſound of trumpets and cornets* [ſhalmes] *and beating of drums* ſ, *enkindle courage in their fellow-ſouldiers.*

ſ Tabers.

711 *Commonly* t *the light-horſe-men* [light-harniſhed ſouldiers] *give the onſet* [firſt charge] *by* " *skirmiſhing: after ſome light skarmiſh, they encounter with the groſſe body of the army, and fight it out eagerly, a hot ſet battell: And this* u *brunt* [aſſault] *is the fierceſt.*

t Ordinarily.

" Bickering.

u Shock.

712 *A loof off the ſlingers throw ſtones out of ſlings and darting engines; others ſhoot off bolts* v *with croſſe-bowes; bullets with guns, canons* [artillery] *and five-balls* [granadoes]; *they fling javlins and darts with ſtrings* [loops].

v *Telum* is any weapon flung at a diſtance.

713 *But they* w *grapple hand to hand, while they claſh together ſharp-pointed pikes, lances and ſpeares; while they thruſt them thorow with halbards* " *brandiſhed with all* their *might* x; *beat them down with bats, clubs and truncheons: foin and ſtab* [run thorow] *with the point of partizons, daggers and rapiers; cut or flaſh with the edge of ſwords, ſcimitars* y, *and ſhort ſwords.*

w Come to handi-gripes [ſtrokes].

" Weelded.

x Swaining.

y Falchons, hangers.

714 *A bloudy ſlaughter* [execution] *is made: downe they* " *fall pell-mell on this ſide and on that, with an horrible ſhrieking and yelling.*

" One with another.

715 While the encounter lasteth, unlesse a retreat be sounded, fresh supplies coming upon them out of their ambush z, charge a them unawares, not in front, but in the flank or in the rear, in some place of disadvantage, they rout [dis-rank] and put them to flight; and give them no time to rally themselves, and a gather to a head again, but chase [pursue] and put them to the sword.

716 They being embrewed with blood b, and stricken with fear, retire [give back]; and such as have no shelter to flee to, partly yeeld themselves, and are taken; partly run away, and wander, being scattered all abroad. They that yeeld are taken to mercy [have quarter given them].

717 A city rebelling [that stands out], or a tower or castle (to which those that are discomfited and put to flight have retired themselves) is beleaguered and environed on every side; it is battered with great ordnance, and undermined with mines which the pioners dig.

718 (If the beseeged or garison-souldiers, which c defend the fortresse, sally out, they are driven back and subdued, by giving a stronger charge upon them).

719 A city won by assault before a voluntary surrender, is "ransacked [pillaged]; sometime it is also razed, destroyed to an utter destruction, laid levell to the ground, and overthrown: or else a garison is placed in it.

720 Strong holds [sconces] if any were seized on before, are recovered.

721 The conquerors laden with spoils, pillage and booties, having reard up a monument in memory of their conquest, shouting for joy, and singing songs of victory, return home in triumph.

722 Where the "valiant for their prowesse or brave exploits, are promoted to titles of dignity, being graced with badges of honour: loiterers [truants], and causers of stirs [uproars] are punished *; straglers and runawaies d suffer losse of life or estate; traitors are drawn asunder with horses; renegadoes e [revolters] are empalled [ganched]; the wounded are healed; those that are taken prisoners are ransomed [redeemed] by paying their ransome, or set at liberty by way of exchange.

723 Last of all, when the wages of f (as much as every one hath earned by service) is paid, the souldier is discharged [cashiered] and disarmed; * old souldiers past service are released [set free from service]; those that have died for their native country are honoured with g due praise.

z Ambuscado.
a Set upon.
a Re-assemble.
b All of a gore.
c Make good.
" Sacked.
" Hardy.
* Being put out of pay.
d Fugitives.
e That turne Turks, &c.
f Pay.
* The unserviceable (enfeebled) are licensed to be gone by a lawfull pasport.
g A worthy reward.

CHAP.

715 Conflictu [*certamine*] durante, ſuccenturiati (niſi recepti canatur) ex inſidiis ſupervenientes, non à fronte, ſed à latere vel à tergo, in loco iniquiore inopinantes adoriuntur [*invadunt*,] diſturbant, fugant; nec aciem reſtituendi [*redintegrandi*] ſuíque recolligendi ſpatium concedunt, ſed inſectantur & trucídant.

716 Illi cruore obliti [*perfuſi*] & terrore perculſi retrocedunt [r]; & qui receptum [*perfugium*] non habent, partim ſe dedunt ac capiuntur, partim fugiunt & diſperſi palantur. Deditiíi in fidem [*deditionem*] accipiuntur. [r] *Pedem referunt.*

717 Civitas rebellis, & arx caſtrúmque quò ſe clade affecti & profligati receperunt, obſidetur, undique circumvallatur, machinis bellicis oppugnatur, & cuniculis (quos cunicularii ſuffodiunt) ſubruitur.

718 (Obſeſſi & præſidiarii qui caſtellum propugnant, ſi erumpant, repelluntur, & impetu in eos majore facto debellantur.)

719 Expugnata ante ultroneam deditionem *urbs* diripitur, aliquando & aboletur, ad internecionem [s]excidítur, deſolatur [*ſolo æquatur*] & evertitur: vel præſidium ei imponitur. [s] *Excidium.*

720 Munimenta, ſiqua antea fuerunt occupata, recuperantur.

721 Victores ſpoliis, manubiis & ſectionibus onuſti, trophæo erecto, ovantes & pæana canentes, cum triumpho domum redeunt.

722 Ubi ſtrenui, ob heroïca facinorà, inſignibus condecorati nobilitantur: emanſores turbarúmque autores plectuntur *: deſertores & transfugæ vitâ aut fortunis multantur: proditores equis in diverſum actis diſtrahuntur; apoſtatæ palo infiguntur: ſaucii ſanantur; captivi lytro perſoluto redimuntur, aut permutatione liberantur. * *Alii diversi.*

723 Ad extremum ſtipendiis (quantum quiſque meruit) [t]exſolutis, miles exautoratur atque exarmatur: * emeriti rude donantur; qui pro patriâ occubuêre, adoreâ afficiuntur. [t] *Numerantur.* * *Debitis honeſtis miſſionis.*

CAP. 68. *De Scholâ & institutione.*

724 QUoniam literati ad omnia habiles esse, idiotæ vice versâ parùm societati humanæ conferre deprehenduntur; scholis (ubi rudes ad humanitatem condocefacti erudiantur, & artes liberales addiscantur) opus est.

725 Atqui hæ non sunt (ut fatui & blenni [a] opinantur) carnificinæ †: sed ludus literarius, dummodò discipulus docilis callidum cordatúmque nanciscatur præceptorem.

Fungi.
† *Quæ putida est calumnia & frigida* [jejuna.]

726 Ille enim si discit sponte, percontatur [*quærit*] avidè, & auscultat attentè; hic si docet lubenter, informat providè, & inculcat assiduè: uterque habet eximium delectamentum.

727 (Quod & rectores, & ludimagistrorum adjutores pædagogi, attendant ob salaria *.)

728 Adjungatur tamen institutioni disciplina (id est, censura & ferula) nè vel dissolutio vel desidia scholasticis [b] surrepat.

729 Qui de admonitione nihil laborat, & monita non moratur [*flocci pendit*,] vapulet.

730 Cathedra [c] docentis est, subsellia discentium.

731 Calamo olim scripserunt: hodiè pennæ caule (cujus crena scalpello temperatur [d]) scribimus vel in chartâ purâ (non maculatâ, nec bibulâ, neque emporeticâ) quæ foliis, scapis, seu per ramas divenditur; vel in membranâ [*pergamenâ*;] stylo [*graphio*] in pugillaribus [*codicillis*,] ut induci vel expungi possit, inverso stylo.

732 Si formator exemplar * tibi præformat, tu ex ipsius autographo exscribe apographum: siquid dictat, calamo excipe †: ille verò mendas commonstrans emendabit, siquid vitiosè positum, ut quod dedocet dediscas.

733 Memoriæ quod mandare vis, relege frequenter, non cursim, obiter, præproperè, & perfunctoriè, sed rebus intentus, ita quasi insculptum animo inhærebit. Gnomas Biblicas ediscere tyrunculi palmarium putent.

* *Minerval, didactrum.*
b *Obrepat.*
c *Hemicyclus.*
d *Aptatur, exacuitur, accommodatur ad scribentis manum.*
* *Abecedarium, vel verbis conjunctis.*
† *In codice exceptorio.*

734 Re-

CHAP. 68. Of a School and instruction.

724 BEcause a learned men are found to be fit for all employments, on the other side, the simple [unlearned] b to stand humane society little in stead; therefore there is need of schools, where the ignorant being civilized [taught or enured to civility], may be instructed, and c liberall arts learned.

725 But these are not (as silly fools and sots d ween and suppose) tormenting-places †; but a school-play [a pastime of learning]: provided, that an apt scholler get a skilfull [experienced] and discreet master.

726 For if the one learn of his own accord, enquire and ask questions earnestly, and hearken heedfully: if the other teach willingly e, instruct advisedly, and beat things into him continually, both take exceeding great delight.

727 (Which thing let both head-Masters, and ushers, that are assistants to School-masters, carefully look to, for their pay *.)

728 Yet let good governance (that is, correction [due oversight] and the rod f) be joined with instruction: lest either debauchedneſſe [baſeneſſe of conditions] or sloth creep upon schollars.

729 He that passeth [careth] not for an admonition, and will not take warning, let him be beaten [whipt].

730 The chair belongeth to the teacher, the lower seats [fourms, benches] to the learners.

731 Once they wrote with a reed; now-adaies we write with g a quill (whose neb or slit is made [fitted to the writers hand] with a penknife) either in clean paper (not in blotting, sinking or Cap-paper) which is sold by the sheet, quire, ream; or in parchment; with a writing-pin in table-books, that it may be cancelled and blotted out, by turning the pin the wrong end downwards.

732 If the teacher sets thee a copy *, do thou write a draught h out of his originall copy [that which is of his owne hand-writing]: if he rehearseth n any thing to be written, note it from his mouth †: if any thing be misplaced i [disordered], he will shew [tell] the faults and mend them; that thou maist unlearn or learn otherwise, that which he k teacheth thee otherwise.

733 That which you would get by heart, read it often over, not in haste, upon the by, or too fast, or for fashion-sake; but being earnestly bent on the matter: and so it will stick fast, as though it were engraven in your mind. Young beginners think it a great matter to learn sentences of the Bible without booke.

a Good scholers.
b Little to availe (*further, holpe.*)
c Gentle-man-like fit for men of good breeding.
d Guls, lobs.
† (Which is a poor, idle, trifling cavill.)
e With all his heart.
* That is given for schooling.
f Palmer.
g The stem of a tether ; a writing pen.
* A letter-copy, or joind-hand.
h Extract, copy.
n Inditeth.
† In a note-book.
i Set wrong.
k Unteacheth.
l Cursorily, apace.

m With a low voice, softly.

734 *Con your leſſon over* in your place, *ſpeaking* m *eaſily* [to your ſelf]; *but ſay to the Maſter and rehearſe aloud: examination ſhould be daily, and at ſet times or extraordinary. The chief Maſter and under-teacher will every day take an account* [call you to a reckoning] *of your proceedings in learning. For, not to go forward is to go back.*

735 *If you deſire to profit* [goe on] *happily, whatſoever thou haſt newly gotten* [conceived], *tell it inſtantly to another.*

n Tels.

736 *For it becometh thee carefully to imitate* [follow] *him that ſheweth* n *thee the way; but to ſtrive with thy ſchool-fellowes, who ſhall learn faſteſt.*

o Drilled.

737 *A B C boies are put up to a higher fourm, and then out of petty ſchooles into the grammar-ſchools (where by eſſayes they are trained* o *for greater exercises): they which from thence are admitted into univerſities, are counted freſh-men* [punies] *untill having as it were ſerved out an apprentice-ſhip, they commence* [are made] *by degrees* * *Batchelors, Maſters, Licentiats, Doctors, each marked out* [graced] *with their own hoods* [habits].

p Not at a jump.

CHAP. 69. Of a Study.

738 *A Fit place to ſtudy in, is a retired* [withdrawing] *place* a *all alone; into which let the ſtudent go aſide, farre from the throng, if he bee to* b *muſe on* [ſtudy for] *any thing; and there let him have his library, deſk and ink-horn, with cotton, penner, and penknife.*

a Lonſome. b Indite.

739 *Let him not ſlubber* [ſoile] *or ſlurry his bookes, but uſe them cleanly; and let him have not a great many, but* c *choice ones; and let him rank* [ſort] *them by rowes and ſhelves.*

c Choſen.

740 (*For to what end is a great ſort of volumes, and divided into ſo many tomes, whereof the owner ſhall ſcarce, or not at all, read over the very indexes* [tables] *or the liſt of* their *names?*)

741 *Let him not blur them with blots:* but *to help the memory by ſmall ſtars* b *marked at the margent no body is againſt this; nay rather it is behoofefull* [a wiſe courſe].

b As * *.

742 *If you chance upon any thing, ſuffer it not to vaniſh away; but, that it ſlip* c *not from you, note it downe out of hand, not into* d *waſte papers, but in a table-booke* [that may be raſed, and written on againe], *and thence into a day-book, or a* e *common-place-book, and have it alwaies about you, or ready at hand.*

c Eſcape. d Caſt, refuſe ſheets. e Note-book,

743 *For*

734 Repete lectionem voce ſubmiſſâ [*tacitè*;] redde & recita [c] clarâ: examen ſit quotidianum ſtatumque vel extraordinarium. Gymnaſiarcha vel hypodidaſculus [*ſubdoctor*] tuorum in ſtudiis progreſſuum rationem quotidiè à te exiget [*expoſcet.*] Nam, non progredi eſt regredi.

[c] *Alta.*

735 Si feliciter proficere vis, quicquid modò comprehendiſti, ſtatim alteri enarra.

736 Decet enim te, præmonſtrantem ſtudioſè imitari; condiſcipulos certatim æmulari.

737 Abcedarii ad ſuperiorem claſſem promoventur, deinde è trivialibus *ſcholis* ad gymnaſia (ubi per progymnaſmata præludunt grandioribus exercitationibus:) qui inde in Academias coaptantur, tirunculi habentur, donec, tirocinio quaſi peracto, gradatim creantur Baccalaurei, Magiſtri, Licentiati, Doctores, ſinguli ſuis epitogiis [f] inſigniti.

[*] *Non ſalutatim, ſed ſaltim.*

[f] *Epomidibus.*

CAP. 69. *De Muſeo.*

738 IDoneus Muſis locus ſolitarius eſt ſeceſſus: in quem ſtudioſus, ſiquid commentetur, à turbâ remotus ſecedat; ubi bibliothecam, pulpitum, atramentarium (cum peniculo, calamario, cultellóque ſcriptorio) habebit.

739 Libellos nè coinquinat aut deturpet, ſed mundè tractet: quos non plurimos habebit, ſed ſelectos; eóſque per forulos [a] & cuneos digeret.

[a] *Loculamenta, nidos.*

740 (Quorſum enim numeroſa & in tot tomos diviſa volumina, quorum ipſos indices vel catalogum vix aut nè vix quidem perleget poſſeſſor?)

741 Lituris nè maculet: Aſteriſcis [*ſtellulis*] ad marginem notatis reminiſcentiam nemo ſublevare vetat: quin conſultum eſt.

742 Siquid incidit, evaneſcere non patieris; ſed, nè excidat tibi, annotabis protinus, non in rejectaneas ſchedas, ſed in palimpſeſtum, indéque in diarium vel adverſaria, quæ penes te, aut in promptu habe.

743 Lucubranti ad lychnum, cereus præ ſebaceâ candelâ conducit : quem ut accendas, ignarium adſit cum fomite, chalybe, filice, & ſulphuratis ; ut extinguas, extinctorium.

744 Tædæ fumant & fumigant, utpote oleoſæ pini pulpa.

b *Lychnuchus.*

745 Candelabrum b ſit penſile, umbraculum viride, emunctorium præſtò, quo emunge fungum, nè ellychnium c obumbret : ſed illud, nè quid ſordidetur, ſepone.

c *Myxum.*

746 Prodituruſ è muſæolo in publicum, lucernam abſque laternâ nè feras : facibus [*faculis*] non fidendum.

CAP. 70. *De Grammaticâ.*

747 GRammaticus literas orthographicè (majuſculis ſola periodorum capita & emphatica) pingit ; omnia commatibus [*virgulis*] & punctis diſtinguit : vocales duas in unam dipthongum combinat, ſyllabas copulat, dictiones [*vocabula*] declinat a & conjugat, phraſes conſtruit ſyntacticè, non incongruè, ſermonem legitimè * pronunciat, loquitur purè ac Latinè, & ab illatino, ſolœciſmo & ſtribligine abhorret.

a *Inflectit.*

* *Habita ratione accentus, toni, ſenſus.*

748 Ancillantur huic Librarii & Typographus : qui è loculamentis typos depromens coagmentat, prælo ſubjicit, libros excudit, & Bibliopego [*compactori*] compingendos tradit : quos Bibliopola in ſyttabos umbilicis armatos inſujt & venundat [*exponit venum, venales.*]

CAP. 71. *De Dialecticâ.*

749 DIalecticus [*Logicus*] ratiocinans, quid de quo dici poſit, & quare, perveſtigat ; ambigua enucleatè diſtinguit, obſcura declarat, ſimilia diſſimilibus confert, a effati cujuſvis certitudinem examinat.

a *Axiomatis, Propoſitionis.*

750 De ſpinoſo problemate aut quocunque themate diſſerit, & nunquam non argutatur ; de quæſtionibus dubiis pro & contra diſputat ; argumenta ſyllogiſmis argutè innectit ; methodo appoſitâ omnia digerit.

CAP. 72.

743 *For one that ſtudieth by candle-light, a wax-taper is more uſefull then a tallow-candle: to* c *light which, let there be a tinderbox hard by, with tinder, ſteel, flint and matches; and to put it out, an extinguiſher.*

c Tinder.

744 *Torches ſmoake, and caſt a ſmoakie ſmell; as being the heart of the oily pine-tree.*

745 *Let the candleſtick be a hanging ſocket; the curtaine* [ſcreene] *green, a pair of ſnuffers hard at hand; wherewith ſnuffe off the ſnuffe, leſt it* f *over-ſhadow the wick; but lay them aſide, leſt ought be fouled with them.*

f Hang in the light.

746 *Being to go forth, out of thy ſtudy, abroad; carry not a light without a lanthorn* [skons]. *Torches are not to be truſted.*

CHAP. 70. Of Grammar.

747 *THe Grammarian writeth letters, ſpelling words aright (onely the beginnings of ſentences, and words of weight with great letters:) he diſtinguiſheth all things by comma's and full points: he twineth,* [twiſteth] *two vowels into one dipthong; he ſpelleth ſyllables together: he joineth together phraſes in good* a *ſyntax, not in falſe latine: he uttereth his ſpeech* * *rightly: he ſpeaketh purely, and in good latine: and cannot endure bald latin, or any harſh, barbarous phraſe.*

a Concord and conſtruction.
* Having reſpect to the accent, tone, & meaning.

748 *upon him wait the Stationers and the Printer; who drawing forth the ſtamps out of the compoſing boxes, coucheth them cloſe in a row, putteth them under the preſſe, printeth bookes, and delivereth them to the book-binder to be bound: which the book-ſeller ſtitcheth up into covers fenced with boſſes, and ſets them to ſale.*

CHAP. 71. Of Logick.

749 *A Logician, as he reaſoneth, ſearcheth out what may be ſaid of any thing, and why: he diſtinguiſheth things doubtfull diſtinctly, he explaineth things obſcure, he compareth things like with unlike, and examineth* a *the certainty of every propoſition* [maxime].

a Weigheth, tryeth.

750 *He diſcourſeth of* ſome *knotty* [crabbed] *quære, or of any ſubject whatſoever, and* b *is evermore arguing* [deſcanting]; *he diſputeth of doubtfull queſtions for and againſt; he knits up his proofs wittily in ſyllogiſmes, and ordereth all in a* c *convenient method.*

b Never leaves chatting, cavilling
c Handſome, orderly.

CHAP.

CHAP. 72. Of Rhetorick and Poetry.

751 A Rhetorician seeketh up fit expressions [phrases] for eloquence †, practiseth his stile, flourisheth single words with tropes (by translating them from their proper signification to another meaning) garnisheth whole sentences [clauses] with figures (by doubling words and setting them in another order artificially for the better sound,) and lastly sets forth his action with gestures.

† But not like a minter of strange termes, quaintly & over-curiously affecting any kind of gaudy flating fooleries, to flourish over his speech.

752 An eloquent Orator being to make an oration from out the pleading-place, a windeth [serveth] himself in by premizing a preface (sometimes he beginneth b bluntly, without any foregoing preamble): after that he layeth open the case cleerly, in expresse words; then he proves it by reasons strongly; he cleereth it by examples [instances] to the purpose and at large (although he enlarge not, nor amplifieth over-tediously, nor "goeth aside from the purpose impertinently;) he "interlaceth witty sayings, but thinly [here and there] not too thick [all on a heap]: he confuteth and disproveth objections throughly, or turneth them back on the gainsayers; he endeth his speech with a conclusion, c that is wrought up above all the rest, with all art and exactnesse possible: all this he doth, sometimes having mused on it before-hand, sometimes on a sudden.

a Covertly makes his way.
b Falleth roundly to the matter.
"Strayeth.
" Pricks in.
c Most elaborate and exact.

753 Proverbs and d old sayings, as also similies, give a fine glosse, and beautifie [adorn] a speech: which, if it expresse the matter briefly, is called pithy [sinnewy].

d By words.

754 But an elegant Poet, turning prose into meetre, maketh true verses*; tricks [pranks] up his rimes d featly; tuneth verses in due measures; feigneth fables, deviseth wedding-songs, funeral-songs, elegies, e anagrams, f acrosticks, g epigrams, smart, stinging invectives; and now and then puts the foot [burden] of the song after the rest.

* Good & sound; not false, faulty.
d Daintily, gayly.
e When a sentence is picked just out of the letters of a name.
f When the first letters of diverse verses make a name or sentence. g Containing some short witty sense.

CHAP. 73. Of Arithmetick [numbering].

755 The study of the mathematicks is as profitable, as subtle [deep].

756 Arithmetick reckoneth [telleth] numbers; which may be summed up together a briefly, "substracted, multiplied, divided one with another; whether it be done with cifers, or b counters on a counting-table: but country-folk count by half-dozens, half-scores, dozens, fifteens, scores, and three-scores.

a In one totall summ.
" Defalked.
b Casting account

CHAP.

CAP. 72. *De Rhetoricâ & Poësi.*

751 RHetor formulas dicendi conquirit † ad eloquentiam, stylum exercet, verba tropis (â nativo significatu ad alium sensum transferendo,) sententias figuris [*schematis*] (verba geminando & ad euphoniam artificiosè transponendo,) actionem denique gestibus colorat.

† *At non ut logodædalus, quasvis phaleratas flosculorum ineptias putidè & affectatè captans.*

752 Facundus Orator orationem pro rostris habiturus, exordio præmisso se insinuat (aliquando abruptè auspicatur, nullo procemio prævio ;) pòst causam proponit dilucidè & disertè, tum confirmat rationibus validè, illustrat exemplis appositè & copiosè (tametsi non dilatat nec amplificat justo prolixiùs, nec digreditur abs re ;) apophthegmata (sed rara, non confertim) interserit ; objectiones refutat & refellit exactè, vel in contradicentes retorquet ; epilogo quàm accuratissimo & apprimè elaborato perorat, atque hæc omnia quà præmeditatè, quà extempore.

753 Proverbia & adagia, ut & comparationes, exornant luculenter orationem : quæ si strictim rem enunciat, nervosa dicitur.

754 Sed Poëta disertus è prosâ [*solutâ*] ligatam faciens, versus legitimos * componit, rhythmos eleganter concinnat, carmina [*metrum*] modulatur, apologos, epithalamia, epicedia, [*epitaphia*] elegias, anagrammata, acrostica, epigrammata, satyrica, [*satyras*] fingit, & versum intercalarem cæteris subinde subjicit.

* *Integros, illibatos, non vitiosos.*

CAP. 73. *De Arithmeticâ.*

755 MAthematicæ disciplinæ pariter sunt utiles & subtiles.

756 Arithmetica numeros [a] computat ; qui compendiosè addantur, subtrahantur, multiplicentur, dividantur, per se invicem; sive id fiat ciphris, sive calculis [*abaculis*] super abacum : sed ruricolæ per senas, decusses, duodenas, quindenas, vicenas, & sexagenas supputant.

a *Numeras.*

CAP. 74.

CAP. 74. *De Geometriâ.*

757 GEometra, quaſi ludibundus, figuras contemplatur, & menſurat diſtantias, propè an procul abſit [*aeſtet*] aliquid.

* *Diameter, quæ globum ſphæricum tranſfigit, dicitur axis.*

758 Ad regulam lineas (putà rectas * & in longum porrectas vel obliquas; non curvas [*diſtortas,*] ſpirales, aut enormes;)ad normam angulos; circino verò circulum (cujus medietas centrum, circuitus [*ambitus*] appellatur circumferentia) ducit.

† *Pyramis à baſi rectilinea æquè acuminatur. Rhombus eſt aequilaterus, at obliquangulus.*

759 Conus turbinatus eſt, & à ſubjectâ peripheriâ æqualiter faſtigiatus, inſtar racemi †: cylindrus a teres: græcum Δ triquetrum [*triangulare, trigonum:*] cubus quadratus: globus rotundus, externâ ſuperficie convexus, internâ concavus.

a *Volvulus.*

760 Circularis *figura* diviniſſima eſt & capaciſſima, omnia complectens, nihil habens offenſionis, nullam inciſuram [c], nullum anfractum, nec ſtriam eminentem, nec canaliculum lacunoſum [*excavatum.*]

c *Crenam.*

761 Omnis dimenſio fit per triangulum; ipſius etiam quadranguli ſive tetragoni.

CAP. 75. *De Ponderibus & Menſuris.*

762 MEnſuræ continuorum ſunt: granum, digitus, pollex [*uncia,*] palmus, ſpithama, ulna, paſſus, orgyia, decempeda, ſtadium, * miliare, paraſanga: his decempedatores [*finitores, metatores,*] aliique menſores omnia metiuntur.

* *Olim lapis, qui a mille paſſuum ſignabatur lapide.*

† *Metreta.*

763 Liquidorum: culeus, † amphora, [*quadrantal,*] urna, congius, ſextarius, hemina, trientał, cyathus.

a ℔ j.
b ℔ ß.
c ℔ j ß.
d ℥ j.
e ℥ ß.
f ℈ j.
g ℈.

764 Aridorum: medimnus, trimodium, modius, ſemodius, quartale, manipulus, pugillus.

h *Mnemna.*

765 Pondera ſunt: Centenarius, a libra, [*pondo, as,*] b ſelibra, [*ſemiſsis,*] quadrans, c ſeſquilibra, d uncia, e ſemuncia: f drachma pendet tres ſcrupulos, g ſcrupulus [*ſcriptulus*] viginti h grana.

766 Si-

CHAP. 74. Of Geometry, or the art of meaſuring.

757 A *Geometrician* " *beholdeth* his *figures as it were in ſport, and meaſureth* [taketh] *the diſtance* a, *whether a thing be neer* [nigh] *or far off.*

" Gazeth on.
a Farneſſe.

758 *By the rule he draweth lines* (*to wit, ſtreight on* *, *and ſtretcht out at length, or ſloping* [ſide-long,] *but not wrong* [crooked], *winding* [ſcruing] *or out of ſquare*) : *By the* a *ſquare, hee draweth* " *corners : by a pair of compaſſes, a circle ; the very midſt whereof is called the middle-point ; the rounding is called the compaſſe* [circumference].

* The croſſe line which brocheth a globe thorow the midſt, is called an axl-tree.
a Squire.
" Nooks.

759 *A cone from a round bottome groweth ſharp, all alike, upward, like a cluſter of grapes* † : *a rouler* [rouling-pin] *is round and long : a greek* Δ [delta] *is three corner'd : a die is foure-ſquare : a globe* [*as* a boule, bead, ball] *is round, being embowed* [ſwelling outward] *on the out-ſide, and hollow on the in-ſide.*

† A broch or ſpeer from a ſquare bottome rileth alike in all parts to a ſharp top. A lozeng or diamond (like a quarree of glaſſe) hath ſides all of a length, but unequall corners.
b Like a hoop.
c Gutter-doke.

760 *A circular* [b flat round] *figure is the heavenlieſt of all, and able to hold moſt, comprizing all things, having no annoyance, no notch* [jag, ſnip, gaſh], *no winding breach, no ridge ſticking out, no dent* c *furrowed* [chamfered, hollowed] *in.*

761 *Every meaſure is taken by a triangle* [three-cornerd figure], *even* the meaſure *of a quadrangle it ſelf or four cornerd figure.*

CHAP. 75. Of Weights and Meaſures.

762 *Meaſures* [ſizes] *of things that are of the ſame piece, are ; a grain* [barly-corn], *a finger breadth, an inch, a hand breadth, a ſpan, an ell* [yard], *a paſe, a fadome, a perch, a furlong, a mile* *, *a Perſian* a *mile : with theſe, ſurveyors and other meaſurers meete* [aſſiſe] *out all things.*

* Eight furlongs: once *a ſtone*, becauſe every mile was mark'd with a ſtone.
a Thirty furlongs.

763 Meaſures *of moiſt things :* † *a but or pipe* of wine, *a rundlet* [firkin], *a gallon, a pottle, a pint, a jill* [halfe a pint], *the third part of a pint, four ſpoon-fuls.*

† See 494.

764 *Of dry things : an* Athenian *buſhel, three* Roman *pecks, a peck, half a peck, a quarter of a peck, a great handfull* [a full gripe], *a ſmall handfull.*

A meaſure containing ten gallons & ten pints.

765 *Weights are ; a hundred weight, a pound, halfe a pound, a quarter of a pound, a pound and a halfe, an ounce, halfe an ounce ; a dram weigheth three ſcruples, a ſcruple* weigheth *twenty grains.*

766 *If any thing be weighed by the weigher or Clark of the market in a paire of ſcales* [ballances], *ponder* [poize] *the* b *tong* (*which goeth out of the ſcale-beam, and with the leaſt thing more then weight ſtirreth up and downe through the handle*) *whether it* c *be even* d *weight, or which over-weighs which.*

b Needle.

c Counter-poize.
d Standing, gold-weight.

767 *A ſtanderd is a pair of weights which* e *woall-workers carry about them, without ballances* or ſcoles, *having nothing but a hook on the one ſide, on the other a weight; which being put neerer to the center, weigheth more; being ſet farther off,* it weigheth *leſſe.*

e Kömers, kembers.

768 *If any thing be put to, above the over-weight,* allowance or remedy; *it is a vantage,* a ſurpluſage caſt in over and *beſides.

CHAP. 76. Of Opticks [*eye-craft*], and painting.

769 *AN Optiſt ſearcheth into raies* [ſun-beams] *that are for ſight, and any thing ſet before* the eye, *that may be ſeen; deſcrying, why ſome things may be ſeen thorow, others are duskiſh* [ſhadowy]; *ſome cleer, others dim; and accordingly he frameth ſpectacles and perſpective glaſſes.*

770 *Then the painter, according to the pattern of* ſome *living thing, portraieth* [draweth out] *the picture groſly; afterward he reſembleth it to the life, and with his penſill limneth it with different painting colours.*

771 *The engraver, according to the ſample* [patterne, mould] *faſhioneth the* a *counterfeit; and with a graver graveth and carveth* b *a graven-image, be painteth it cunningly* [neatly] *and pitcheth it on its frame: if it be a monſtrous huge one, call it a Coloſs.*

a It is alſo the *print* made with a ſcale, or the *ſhape* of a thing caſt into a mould.
b Carved, molten.

772 *Sun-dials point out what a clock it is by a pin* [cock], *and by caſting a ſhadow; clock-dials* * *by a hand pointing; hower-glaſſes by the running out of ſmall duſt.*

* Which ask divers engines or jimmals to make them go true.

CHAP. 77. Of Muſick.

773 *A Muſician ſingeth ſweet tunes and ſongs* [laies]; *the chanter ſets the tune, keeping ſet pauſes and reſts, and ſometime warbleth or quavereth: after the* a *preamble, the harper, waits, &c. play upon inſtruments.*

a A flouriſh, proffer, or voluntary, plaid before the ſong begin.

774 *A conſort is a tunable ſinging of many together; whoſe keeping*

766 Siquid à libripende ſeu zygoſtata in bilance penditur [*libratur,*] examen (quod i ſcapo exit, & minimo momento per trutinam [*aginam*] ſeſe agitat) penſita, an k æquilibrium [*æquipondium*] ſit, an quid cui præponderat. i *Fugo.* k *Sæcma.*

767 Statera eſt lanificum portatilis libra, ſine lancibus, alterâ parte non niſi uncinum habens, alterâ pondus: quod centro admotum, plus; amotum, minus ponderat.

768 Siquid præter ſuperpondium ſuperadjicitur, eſt manriſſa [*corollarium, acceſſio.*]

CAP. 76. *De Opticâ & Picturâ.*

769 Opticus radios viſivos & viſibilia objecta ſcrutatur; cur alia ſint pellucida, alia opaca; alia perſpicua, alia obſcura, diſcernens: & juxta id ſpecilla ac perſpicilia efformans.

770 Hinc pictor, ad exemplar vivi, effigiem delineat [*ſimulachrum adumbrat,*] dein ad vivum exprimit, penicilloque diſcretis pigmentis linit.

771 Statuarius [*plaſtes*] ſecundùm typum effingit ectypum; cœlo a ſtatuam cælat & ſculpit, graphice pingit, & ſuper baſin collocat: ſi immanis eſt, Coloſſum dices. a *Sculpsile, fuſile.*

772 Solaria [*ſcioterica*] gnomone & umbræ projectu indicant quota ſit hora; horologia * automata [*machinalia, organica*] indice: b clepſydra, pulviſculi defluxu. * *Quæ machinas varias requirunt, ut recte ſonent.* b *Clepſammidion.*

CAP. 77. *De Muſicâ.*

773 Muſicus melodias & cantica canit: præcentor præcinit, per certos modulos ac diaſtemata, & interdum vocem a vibriſſat [*vibrat:*] poſt præludia, citharœdus, lyricen, ſpondiauli, &c. inſtrumenta pulſant. a *Criſſat.*

774 Symphonia eſt plurium concentus, quorum conſonantia

nantia [*harmonia*] grata eſt; diſſonantia b abſurda [*abſona.*] Maximum ſyſtema [*intervallorum complexus*] diſcrepat c dis dia paſon.

775 Organum † tibiis & fiſtulis conſtat: Cithara, teſtudo, [*chelys*] lyra, ſambuca, barbyton, pandura, clavecymbalum, d chordis: quas intendunt vel remittunt e verticilla [*epitonia*] callabi.

776 Fidicularum fides, plectro fidicines plectunt.

777 Tibia utricularis ab Aſcaule inflata diſcrepanter ſonat. Crembala pulſant pueri.

b *Diſcrepantia.*

c *Δὶς διὰ πασῶν.*

† *Pneumaticum, quod aulaces flatu complet.*

d *Nervis.*

e *Verticuli, paxilli.*

CAP. 66. *De Aſtronomiâ.*

778 AStronomus ſiderum meatus conſiderat: aſtrologus eorundem efficaciam, influxum & effectum.

779 E faſtis [*ephemeridibus*] liquet, à Natalitiis [*nativitate*] Paſcha ** recedere ut minimum, trimeſtre; Pentecoſten à Paſchate propè bimiſtre; inde Adventum, circiter ſemeſtre *.

780 Illic ſunt, Januarius, Februarius, Martius †: Iſthic Aprilis & Maius: Hìc Junius, Julius, [*Quintilis,*] Auguſtus, [*Sextilis,*] September, October, November: December poſtremus eſt.

781 Quilibet eorum in Calendario Romano ſuas Calendas, Nonas & Idus habuit.

** *Quæ ſint feria conceptiva.*

* *Bacchanalia excipit dies cinctivus, & inchoat Quadrageſimam.*

† *A quo Romani annum auſpicabantur.*

782 Intra triennium acceſſio fuit *menſis* intercalaris, *embolimi*, id eſt, decimæ tertiæ lunationis: Luſtrum " [*quadriennium*] biſſextilem *annum* * reducit.

" *Eſt & quinquennium.*

* *Qui dum intercalat Feb. 29. (qui annum civilem motui ſolis periodico exæquat; & quod diebus 365. ſupereſt, nempe horas 5. & quaſi 49. minuta, exorbeat) annum faſto majorem facit. Comparatio Gregoriana ſtylo novo noſtram rationem Juliannam (ſtylo veteri) 10. diebus anteverti.*

CAP. 79. *De Geographiâ.*

783 GEographus in tabulâ Geographicâ Regionum (etiam quas ipſe non peragravit) ſitum deſcribit: quæ ſint in continente, inſulis, peninſulis (iſthmo tantùm continenti annexis;) quæ maritimæ,

quæ

ing of [agreement in] *tune is pleasing, their jarring* [untuneableneſſe] *is harſh and grating to the ear. The higheſt compaſſe of a ſong differeth a* b *double eighth.*

b Fifteenth.

775 *A pair of organs* † *conſiſteth of pipes and flutes: a cittern, lute, harp, dulcimer, viol, pandore, virginals conſiſt of ſtrings, which the pegs wind up and down* [ſtrain higher or lower.]

† Wind inſtrument, as a recorder, &c. which the piper or organiſt blowes into. *See* 494.

776 *Fidlers play upon the ſtrings of fiddles* [rebecks] *with a* c *fiddle-ſtick.*

c Quill, &c.

777 *A bag-pipe* d *blown by the bag-piper maketh a different noiſe. Children play upon Jewes-*[trumps]*-harps.*

d Puff'd up.

CHAP. 78. Of Aſtronomie.

778 *AN Aſtronomer conſidereth the motions* [paſſages] *of the ſtars* a: *An Aſtrologer* b [Prognoſticator] *their powerfull working, influence and effect.*

a Conſtellations or a clamp of ſtars.

b Star-gazer.

779 *It is evident by the Almanack, that* ** *Eaſter comes after Chriſtmaſſe at leaſt a quarter of a year: whitſuntide after Eaſter, well-neere two moneths; and Advent-ſunday about half a year after* *.

** Moveable feaſts.

* Aſhwednesday comes next after Shroveride, and begins Lent.

780 *In the firſt ſpace are* theſe moneths, *January, February, March* †: *in the next Aprill and May: in this laſt, June, July, Auguſt, September, October, November, the laſt is December.*

† At which the Romans began the yeer.

781 *Every one of them, in the Roman Kalendar had their Kalends* [the firſt day], *Nones* [our fifth or ſeventh day] *and Ides* c.

c Eight dayes after the Nones: neer the midſt of the month.

782 *Within three years ſpace, there was thruſt into the number a leap moneth, that is, a thirteenth moneth: The ſpace of* " *foure yeares maketh the leap-year* * *to come againe.*

" *Luſtrum* is alſo five yeeres.

* Which by pricking in the 29. of *February* (thereby to eek out the civill year to the courſe of the Sun returning to the ſame point in the ecliptick, and to take up the overplus above 365. dayes, to wit, 5 houres, and much about 49 minutes) hath now made the yeer bigger then it ſhould be. The new forein account goeth before ours ten daies.

CHAP. 79. Of Geography [*deſcription of the Earth*].

783 *A Geographer in a map deciphereth* [layeth out] *the ſituation* [lying] *of countries (even thoſe which himſelf hath not* a *travelled over); what are in the firm-land, in ilands, in peninſula's (which are joined to the main-land but by ſome narrow neck of land lying between two ſeas); what lie by the ſea-ſide,*

a Gone thorow.

what in the mid-land [heart of the country], and in what coast; under what zone †climate b or parallell c; which way they trend, how far they reach in length, how wide they are in bredth; what borderers the one or the other have, with what marches [frontiers, borders] they be severed and parted [disjoined;] and who are antipodes over against them [whose feet tread just against theirs on the other side of the earth], who antœci [that dwell under the same Meridian, but diverse parallels equally distant from the Æquator northward and southward] who periœci [living under the same parallel and Meridian] &c.

† For the scorched zone and the two chill zones may be dwelt in, aswell as the two temperate.
b So much of the earths ball, as makes the longest day differ half an houre.
c A line equally distant in all points from another answerable to it: here it is half a climate.

CHAP. 80. Of History.

784 When a matters atchieved are reported [related], this is a story: when things feined are told, it is a tale.

785 Those let an Historian rehearse: but to record these in Chronicles, let him count it a mortall offence b.

786 And that it may bee manifest, that they are the very things themselves, not forged devices foisted in; let him set downe in his c commentaries all the matter together with the circumstances [when, where, how, &c.]: and let things of the same standing bee so sorted, that they agree in the same reckoning of time. The begining of the world is the common date [beginning of time] from which all d Chronologers reckon: at which begins the count of time, and is drawn along thorow all ages, being cast into hundreds of years, and tens [halfe scores], and four years.

a Acts done indeed.
b That may cost him his head.
c Notes, memorials.
d That sum up the reckoning of yeers.

CHAP. 81. Of Physick.

787 For the sound [that be in good health], the best physick is a diet [good fare] because it is safest [without danger] and without violence.

788 Do not drink nor eat, but when thou art b provoked by hunger and thirst (which the c spittle, tickling the roof of the mouth at the sight of meat, will d intimate); so thou shalt be well [healthfull] and lusty.

789 Wherefore wait fasting, and stay for a good stomack [till thou hast list to eat].

a Kitching-physick, wholesome food & moderate
b An hungred and a thirst.
c Teeth-watering.
d Give inkling of.

quæ in meditullio, & quonam tractu; ſub quâ zonâ †, climate vel parallelo; quorſum vergant, quò uſque pertineant [*pertingant*] longitudine, quâ pateant latitudine: quos habeant hi aut illi accolas, & quibus terminis [*finibus*] ab illis diſpeſcantur & diſterminentur; & qui illis antipodes [*quo adverſa ita obvertunt veſtigia,*] qui antœci, qui periœci, &c.

† *Zona torrida & duæ frigidæ ſunt habitabiles, geminæ ac duæ temperatæ.*

CAP. 80. *De Hiſtoriâ.*

784 QUum res geſtæ narrantur, Hiſtoria eſt: cum fictæ, Fabula.

785 Illas Hiſtoricus recenſeat [*edisſerat:*] has annalium monumentis inferre, capitale ſibi ducat.

786 Et ut pateat genuina eſſe, non ſuppoſititia, rem ſimul cum circumſtantiis in commentaria regerat. Res autem æquævæ per ſynchroniſmos congruant. Mundus conditus eſt communis Chronologorum æra [*epocha*;] unde chronologiæ ratio exorditur, & per omnia ſecula deducitur, per annorum centurias[a], decades, olympiades, &c.

883 *For hee wondereth at nothing that is ordinarie or easie to bee done; hee is not* a *blank'd at ſudden* accidents; *hee cares not a ruſh for the threats of braggards and jolly daring fellowes, and weighes them not thus much; hee doth not ſhift off labours; and thoſe, which hee ſets himſelfe about, hee undergoeth them* * *cheerfully, and followes them hard* [earneſtly]: *hee ſtruggles out of ſtraits: but if unavoidable perils hang* [hover] *over his head, or preſſe hard upon him, hee ſetteth on them undauntedly, and endureth them couragiouſly, and doth not ſeeke about for evaſions or ſtarting-holes, but* b *runs all hazzards: yet* c *ſchewing* c *foolhardineſſe and raſhneſſe.*

a Abaſhed, frighted, quailt.

* With a cheerfull courage.

b Puts all to a venture, tryeth the utmoſt

c Over venterous, daring.

884 *Therefore he goeth on with that which he hath begun, untill that by pains-taking, and ſitting hard at it, he hath made an end of it: yet being weary and tired he* d *ſlacketh* [reſteth], *leſt he ſhould* d *utterly ſink.*

d Quite faile.

885 *On the other ſide, a faint-hearted coward* or craven *looks big in proſperity,* but *ſinketh* [fainteth] *and* e *quaileth* * *in trouble: at things unexpected he is daunted* [appalled, ſtriken with amazement] *and pretends feined excuſes for his fearfulneſſe and cowardlineſſe: at any* " *ruſtling noiſe he changeth colour like a woman, and is whining and ready to quake: he dares hardly mutter* [mumble] *or quetch* [whimper, open his mouth].

e Is diſcouraged.

* Or killeth himſelfe.

" Bounce, thumpeth.

886 *What then is the difference betweene a* f *valiant man and a dullard* [coward] *or* " *lazie lubber? he performeth the duties of his calling carefully, this man carelеſly,* [retchleſly] *in a toying manner: the one diligently, the other ſlothfully: the one with* g *all his ſtreſſe, the other faintly* [ſlackly, coldly]: *the one curiouſly* [exactly], *the other ſlubberingly: the one calmly, the other frowardly: the one beſtirs him* [makes haſte] *and* h *goeth thorow-ſtitch where he begins, the other lingereth* [whiles away the time] *and delaies* [drives off] *all things from day to day: the one goes on forward in a ſeemly purpoſe without* i *reſpit, the other* k *ſtaggers* [is in a mammering], *dodgeth* " [flies back] *off and on, and ſtops often: in a word, the one is lively* [goes luſtily] *about every thing; the other droupeth every where, and is lither, luſtleſſe, unweeldy.*

f Doughty, ſtrong, manly.

" Slack.

g Tooth & naile.

h Accompliſheth.

i Breaking off.

k Demurreth.

" Palteretb.

887 *With*

887 *With sluggards* [slowbacks] *and idle lurdens it is alwaies holiday: they are idle and gad about even upon working daies.*

888 *A stirring active man is busied* [will be doing] *even in his spare time* [when he is at leasure].

CHAP. 91. Of Patience, [*sufferance, forbearance*].

889 *WHat availes it to bewaile a miserable estate, if it be not granted to change it for a better?*

890 *A patient man sigheth* [groneth], *sheddeth tears, weepeth: but whineth not, houleth not, waileth not.*

891 *He stands not debating and complaining for every trifling cause; he doth not repay wrongs by revenging* them, *or else quittance* a [give him as good as hee brings] *: but* " *puts* them *up patiently; rather* aa *slighting* them, *then making the worst of them.*

a Be quit, or even with him: render quid for quo.
" Brooketh.
aa Making the least of them.

892 *Indeed he fretteth* [is discontented] *at unbeseeming actions; he is angry with a spitefull man, and chafeth: but he is not enraged to* " *revenge, nor doth he bitterly inveigh* [rail] *against any one: he may be displeased* [wroth], *but is not* b *of a cankred stomack* [bears no deadly feud] *towards any.*

" Vengeance.
b Spitefull.

893 *To keep in wrath, to pardon and forgive a fault, to spare ones very foes* and enemies; this *is the part of an excellent spirit. To breake out into passion, to storme, to* " *rage, to threaten, to curse or ban, is the fashion of one unruly* [outragious], *that is not* c *well in his wits.*

" To be wood.
c In his right minde.

894 *For he is not himself* [his own man] *who is in such a fume, and all in a chafe, that he cannot restrain himself.*

895 *A right-noble Spirit had rather be meek then fell, civill and kind then savage, gentle then fierce, mild then rough or churlish, easily appeased then vengeable* [dogged].

896 *For cruelty and outragiousnesse* [savagenesse], *if it be not asswaged, is brutish.*

CHAP. 92. Of Constancie.

897 *TO stand out steddily in an honest purpose* [courtse], *is a point of constancie: not to hold on, is the property of a fickleneſſe.*

a Shittleneſſe, inconſtancie.

898 *But hearest thou? it is one thing to be constant, another to be sturdy* [selfe-willed].

899 *There-*

887 Deſidibus & otioſis [*pigritiæ, ſegnitiei, ædiæ deditis*] ſemper feriæ ſunt: etiam profeſtis *diebus* otiantur & vagantur.

888 Navus [*gnavus*] etiam in otio negotioſus eſt.

CAP. 91. *De Patientia.*

889 ÆRumnoſam conditionem quid prodeſt deplorare, ſi non datur in melius commutare.

890 Patiens gemit, lachrymatur, flet; non autem plorat, ejulat, lamentatur.

891 Leviculâ de causâ non expoſtulat: injurias non ulciſcendo rependit aut a retaliat, ſed æquanimiter tolerat, extenuans potiùs quàm exaggerans. a *Par pari refer.*

892 Indignatur quidem indignè factis, & malevolo ſuccenſet ac ſtomachatur: ſed non efferveſcit in vindictam, nec vehementer invehitur in quenquam; infenſus eſt alicui, non infeſtus.

893 Iracundiam cohibere, ignoſcere, & condonare [*remittere*] culpam, parcere ipſis inimicis, excellentis animi eſt: Exardeſcere, fremere, furere, minari, maledicere, diras imprecari, impotentis b [*ſui non compotis.*] b *Mente emoti* [alienati]

894 Eſt enim impos ſui [*non apud ſe,*] qui eò uſque excandeſcat & totus æſtuet, ut ſe reprimere nequeat.

895 Generoſus *animus* mavult mitis eſſe quàm atrox, humanus quàm barbarus, manſuetus quàm ferus, benignus [*clemens*] quàm trux, placabilis quàm diſus.

896 Nam ſævitia [*crudelitas*] & immanitas, niſi mulceatur, c beſtialis eſt. c *Belluina.*

CAP. 92. *De Conſtantiâ.*

897 IN honeſto inſtituto immotè perſiſtere, conſtantiæ eſt: non perſeverare, levitatis.

898 Sed, heus tu, aliud eſt conſtantem, aliud pervicacem eſſe.

899 Siquis

899 Siquis ergò (dum hoc ſuadet, ab illo diſſuadet, hortatur vel dehortatur) meliora monuerit: nè ſis contumax, nè præfractè repugna, nec obſtinatè contradic, ſed palinodiam cane, monitori obſequere & morem gere.

900 Verùm ſiquis te in bono labefactat, obfirma animum & obſtina, uſque dum diſcutias ac perrumpas obſtacula. Facta enim infecta, & rata irrita reddere † dedecet.

† *Multa moliri, eademque demoliri.*

CAP. 93. *De Amicitia & Humanitate.*

901 SI converſationem tuam vis eſſe amabilem, eſto inferioribus humanus & affabilis, æqualibus officiolus, ſuperioribus venerabundè obediens, cóſque reverenter cole *: ita demum veram ab iis, non falſam inibis gratiam.

* *Senioribus aſſurge, opperi cæteros, facile genus.*

902 Hoſpites humaniter hoſpitio excipe, admiſſos nè extrudas. Undiqueque abſcedis, valedicere; quemcunque convenis aut præteris, amanter ſalutare nè dedignator. Salutantem reſaluta: Diſcedentem abs te aliquoúſque comitare ac deducito honorificè.

903 Interroganti reſponde placidè: ad minimum annuito vel abnuito [*venue.*]

904 Nemini obloquaris, nec quemquam contumelioſiùs appella, neque ignominioſo nomine dehoneſta. Loquentem nè interpella, nec ejus verba præoccupa: neſcienti tamen aliquid, ſi tibi ſuccurrit [*ſubit*;] ſuggere: Qui te opperitur, nè cum morator [*ei ſis in mora.*]

905 Cuicunque gratificari potes ullâ re, nè refrageris nec graveris, vel gratis [*gratuitò.*]

906 Siquis indiget conſilio, téque de re aliquâ conſulat, ei conſule: ſi conſolatione, conſolare: ſi ſubſidio, ſubveni, auxiliare, opitulare: ſi ſuffragio, ei ſuffragare; ægrotos viſita, ſic omnium benevolentiam demereberis; & amorem tibi conciliabis.

907 Læſit

899 *Therefore when any one wiſheth thee to doe this, or counſels thee not to doe that; exhorteth to, or deborteth from, if bee ſhall* b *adviſe thee for the better: bee not wilfull* [ſtubborne], *withſtand not peremptorily, and gainſay not obſtinately: but recant, bee ruled by him that adviſeth thee, and follow his mind.*

b Put thee in minde of.

900 *But if any man would diſable* [weaken] *thee in that which is good; be ſtiffe and reſolute, till you* " *ſcatter and break thorow all hinderances: for it is* c *unſeemly to undoe that which is done already, or to make things approved* [reſolved] *on, to come to no proofe* [to be of no force] †.

" Shake apeeces.
c Vnbefitting.
† Buſily to ſet about many things, and as buſily to throw them down.

CHAP. 93. Of Friendſhip, and Curteſie.

901 *IF thou wouldeſt have thy converſe to bee lovely, bee courteous and faire-ſpoken to thy underlings, ſerviceable to thy fellows, ſubmiſſively obedient to thy betters, reverencing them awfully* * *: ſo thou ſhalt gain favour indeed, and not* a *pick* x *thank onely.*

* Riſe up to thy elders, put off thy hat, make a leg.
a Curry favour.

902 *Entertain ſtrangers kindly, and being let in, thurſt them not out. Whatſoever place thou departeſt from, diſdain not to bid farewell* [to take thy leave]: *lovingly to ſalute whomſoever thou ſpeakeſt with or paſſeſt by. If any bid thee good morrow or good even, greet him again: if any be departing from thee, ſome part of the way* " *bear him company, and bring him on the way reſpectively* [with due reſpect].

" Accompany him.

903 *To him that asketh any queſtion, anſwer gently; at leaſt yeeld, or refuſe* by thy geſture [beckon to him, or make ſome ſigne of refuſall].

904 *Give no man foul language; do not miſ-call or nick-name any body. Do not trouble* [interrupt] *one that is ſpeaking, nor take the word out of his mouth: yet if a man* b *cannot tell ſomething, prompt* [inform] *him, if it come to thy mind: make not him tarry too long, that tarrieth for thee.*

b Be ignorant of.

905 *Whomſoever you can pleaſure in any thing, be not againſt it, grudge not* [think not much] *to do it, even for nothing* [frank and free].

906 *If any one needeth counſell, and asketh thy advice about any matter, adviſe him: if comfort, comfort him: if* he want *thy furtherance, aid, aſſiſt and ſuccour him: if thy voice,* c *give him thy voice* [good word]: *thus ſhalt thou win the good-will, and get thee the love of all.*

c Sand for him, ſpeak in his behalfe.

907 *Hath*

907 *Hath any one hurt* [wronged] *thee? wink at him that did amisse, and thou shalt shame him: if hee bee sorry for* [repents of] *that he hath done; bee not too coy; but pardon him, dispense with him: and presently thou shalt make him beholding and binde him to thee, as by a* d *strong love-charme.*

d A spell or potion that bewitcheth a man in love.

908 *If there grow any suspicion* [ill conceit] *against thee, put it by, and excuse thy self: if thou thy self hast offended* any, *be not ashamed to speake to* him, *to appease, to pacifie, to* e *intreat pardon, and to bee reconciled, not for fashion onely, and from the teeth outward, but heartily, and in good earnest.*

e To pray against, or pray him not to.

909 f *Waiwardnesse estrangeth* [loseth the love of] *the entirest friends. Suffer not a grudge to settle* [wax old] *lest it turn into hatred* [rancor, malice].

f Malapertnesse, crossenesse, peevishnesse.

910 *To be of one minde* [to agree in one] *and to live in a friendly, fellowly manner, well becometh* g *comrades and* h *fellowes in a house.*

g Chamber-fellowes.
h Partners-or fellow-boarders.

911 *It is not possible, but that their should be differences, breaches, jars, and fallings out between* men: *but concord must be renewed and* made up whole again *by forbearance of one another; and they that are fallen out* [at ods] *must be reconciled* [atoned, set at one] *and made friends againe by mediators going to and fro, and dealing between party and party.*

912 *Hath any one* l *good speed? look not* m *awry upon him,* n *favour him. Hath he* any *mischance* [mishap]? *take compassion on him. It is the part of a pitifull, mercifull* o *man to pitie poor wretches* [have mercy on men in misery]: *but of a mercilesse, ruthlesse* [pitilesse], *hard-hearted man, to triumph* [insult] *over men that are in trouble, to play upon them, or make sport with them.*

l Happy successe.
m A-skue, a-squint
n Wish him well.
o Tender-hearted.

913 *Have a care, above all things, of telling troth: there is nothing more horrible then lying: a lyer, that deviseth what lie to tell, is hatefull.*

914 *If any secret come to thy knowledge, blaze it not abroad, and let not another get any inkling of it, although hee enquire* [would p sound and sift thee]: *whist, I say, and peace;* r *say not a word: thy secrecie* [keeping counsell] *will* q *endammage no man; chiefly, it will be a commendation to thy selfe.*

p Gage, serue into.
r Bee it in,
q Bee an inconvenience to.

915 *Be not sad* [sullen, sowre-look'd] *among those which are cheerfull, nor yet extremely merry* [jocund].

916 *Be not a fleering jiber at other men; and if by way of discourse*

907 Læſit te quis? connive ad peccantem, & ſuffundes eum: ſi pœnitet feciſſe, nè ſis averſior, ſed da veniam, fac gratiam; & oppidò tibi devincies, & tanquam philtro efficaci obſtringes.

908 Siqua in te ſuborta ſit ſuſpicio, amove, & purga te: ſi offendiſti i ipſe, alloqui [*affari*,] pacare, placare, deprecari & reconciliari ne pudeat: non dicis ergò & ore [*verbò*] tenus, ſed c ex animo ac ſeriò.

c *Animitus, medullitus.*

909 Protervia intimos alienat: ſimultatem inveteraſcere non ſines, nè in odium tranſeat.

910 Contubernales & convictores condecet unanimitas, & amicum contubernium.

911 Diſſentiones, diſſidia, diſcordiæ, iræ, quin intercedant, haud eſt poſſibile: ſed concordia redintegranda eſt tolerantiâ mutuâ; & qui diſſident, per ultrò citróque commeantes & intercedentes proxenetas conciliandi, & in gratiam redigendi.

912 Felices ſucceſſus habet aliquis? nè limis ſpecta; fave. Infortunium? commiſerare. Miſericordis & clementis eſt, miſerorum miſereri: at inclementis, inhumani, truculenti, calamitoſis inſultare & illudere, eóſve d ludificari.

d *Ludibrio habere.*

913 Veracitati imprimis ſtude: mendacio [*vanitate*] nil tetrius: mendax [*vanus*] qui comminiſcitur quod mentiatur, exoſus eſt.

914 Siquid tibi innotuit ſecreti, nè divulga, nec reſciſcat à te alius, tametſi contetur: s't, inquam, tace, e muſſa: taciturnitas tuo nemini incommodabit, te aprimè commendabit.

e *Muſſa.*

915 Inter hilares tetrieus nè ſis, nec tamen effusè lætus.

916 In alios dicax nè ſis, & ſiquid inter ſermocinandum

dum lepidi admiſces, ſales ſint, non cavilla; allude, nè vellica: nè quem præſentium laceſſas, abſentium calumniaris nec obtrectes.

917 Nam jurgari, rixari & vitilitigare, agreſtium eſt & vitilitigatorum: criminari ac deferre, quadruplatorum, ſuſurronum & delatorum (qui vel amiciſſimos inter ſe committunt:) vexare & exagitare, balatronum & ſcurrarum: convitiari & contumeliâ afficere nebulonum, maſtigiarum, flagrionum [*verberonum*] furciferorum,, ſtigmaticorum.

CAP. 94. *De Candore.*

918 CUm quocunque verſaris & neceſſitudo tibi intercedit, erga illum ſis apertus, ſine fraude dolóque: Amicum enim prodere, fraudare & fallere, quale decus?

919 Fidelem tibi ſocium aſciſce, eíque fidus eſto: nil ei furtim ſubducas [a] [*furripias:*] ejus in fraudem nihil occipe: nam perfidè qui agit, ſibi perditionem machinatur.

[a] *Subtrahas.*

920 Siquid taxandum aut culpandum eſt, nè clam fiat, ſed coram, in os; ídque parrheſiâ, prout ſentis, modò tempeſtivè & ſine amarulentia.

921 Ab amicitiâ nihil alienius aſſentatione.

922 Cernis crimen? nè diſſimula: commonefacito, increpa, objurga; etenim cur non cernere ſimules?

923 Si proximus deliquit, commone eum errati, apertè corripe, & corrige: delinquenti adulari & palpari, verſipellium impoſtorum eſt.

924 Siquis utilia loquitur atque ad rem, aſſentire & conſenti: ſi inutilia aut aliena à re, nè aſſentare.

925 Fal-

course thou e *comest out with any pleasant matter, let them be* f *witty jests* [squibs], *not scoffing taunts: glance at* [allude], *but do not* g*ird: do not provoke* [abuse in ill termes] *any of them that are present; do not slander nor backbite any of them that are absent.*

e Intermingleſt, putſt in.
f Quip, ſwitch, carp.

917 *For to brawl, to scold and* h *brabble about trifles, is the fashion of* i *clownes* [swains, country hobs] *and barretors* [jangling companions]: *to charge with a crime, to appeach* [informe against] is the guize *of promooters, whisperers* k [make-bates], *informers* [tell-tales] (*who set even the merriest friends together by the ears*): *to disquiet, to rate* or shake up, *of prat*l*ers* [bawlers] *and base* [foul-mouth'd] *scoffers: to rail at* [revile] *and* m *reproach, of sneaking knaves, raskals, varlets, rake-hels, branded rogues.*

h Iangle, beangle.
i Carle, churls.
k Pick-thanks.
m To affront.

CHAP. 94. Of fair-dealing, [*plain-meaning.*]

918 *Look with whomsoever thou converseſt or haſt meer acquaintance* [alliance], *be open* [plain-dealing] *to him without craft* [guile] *and deceit. For what a poor honour is it to betray, beguile and deceive a friend?*

919 *Get thee a faithfull companion, and be* n *faithfull to him: a filch* [pick, pilfer, nim] *nothing from him by stealth* [sneakingly] *without his knowledge: attempt nothing to his prejudice* [harme]: *for he that dealeth* o *treacherously, plotteth* [practiseth, worketh] *destruction to himselfe.*

n Loyall.
a Get, filch, or withdraw nothing privily.
o Diſloyally.

920 *If any thing deserveth to be taxed or blamed, let it not be done covertly* [closely, in a corner], *but in his presence, and to his face, and that with speaking freely, just as you thinke; so it be seasonably, and without bitternesse.*

921 *Nothing is more* p *unbeseeming* [unmeet for] *friendship then flattery.*

p Miſ-becoming.

922 *Seest thou a fault? do not take no notice of it,* but admonish, *rebuke, chide: for why shouldest thou make as if thou sawest it not?*

923 *If a neighbour hath failed,* q *tel him of his scape, take him up plainly, and set him aright again: It is the part of turn-coat coozeners* [cheaters] *to flatter* [gloze] *and sooth up one that doth amisse.*

q Advertiſe, warn.

924 *If any one speaketh things usefull, and to the purpose, yeeld to him, and agree with him* r *if unprofitable and* s *nothing to the purpose, do not flatter* [smooth him up, say as he sayes].

r Be of his mind.
s Wide from the matter.

925 *Cogging* [soothing] *and crafty fair shewes belong to cunning companions: smooth complementing* *, *curious curtsies* [congies], *crouching cringes, and such like fawning* c *fooleries belong to claw-backs and pick-thanks* †: *do thou all things fairly* [open-heartedly,] *unfeignedly* and in good sooth.

* Court holy-water.
c Toyes.
† That will say any thing to please.

926 *Blush not, neither be shamefac'd to be known of the truth, as thou art privie to it: for why wouldst thou bee sworne* [brought upon thy oath]?

927 *Shew not thy self familiar with them, of whose fair-dealing thou hast yet had no tryall: otherwise, by being too familiar, thou shalt run into contempt.*

928 *Do not fawn upon strangers* [persons unknown], *lest they think thee to collogue* [curry favour], *or use wiles to entrap them.*

CHAP. 95. Of a Schollars course of life.

929 HE *that is at leasure from employments, at stolne time* [gotten by snatches], *let him go to a merry companion: yet* a *visit not him that* b *cannot abide to look on thee, meddle not with him.*

a Goe not to see.
b Likes not thy company [*the sight of thee*].

930 *Count it no disgrace to thee, of what sort, cuntry or degree thy beloved companion be, noble* [nobly bred], *or unnoble* [base, of a mean birth *] *; so that hee be an* c *honest man, and agree to thy disposition. Joine not thy selfe with men of an ill name.*

* Or any upstart, newly raised: the first of the house.
c Thrifty.

931 *Shun bad company, and disordered* [ill governed] *acquaintance, that is good for nought: for they taint* [mar] *and corrupt* a mans *conditions.*

932 *Good schollars take delight in walking out, whether they be to meditate* [muze], *or talke* d *together.*

d Commune.

933 *When they have taken a few turns, or when it is tedious* [wearisome] *to fetch a walk in the sun-shine, they sit downe in the shade*, or shadow.

934 *Surely it is a goodly and pretty thing, to be able to parley* [confer] *with those that are far asunder, and to certifie them of any thing, not by messengers* †, *but by sending them a letter.*

† Who have a reward bestowed on them for bringing glad tidings, or good news, by word of mouth.

935 *The ancients wrote in wooden* c *tables waxed over, (that it might be rased, scraped, blotted out) and with them they sent letter-carriers: cleane white paper* * *is fitter for our use* [stands us better in stead] *: for ink sinketh through brown paper.*

c Boards.

* Not the paper rush that growes naturally in Egypt, whose stalke they slived into very thin flakes or sheets (that long since is grown out of use): but that which is made by art, of linnen rags laid a soking, shred in pieces, *into little bits, beaten small, or quasht afore.*

936 *When*

925 Palpum & offuciæ subdolorum sunt: blandimenta, * obsequiosæ gesticulationes & venerabundæ, & hujuscemodi adulatoria nugamenta, sunt adulatorum [*assentatorum*] & palpatorum †: tu candidè & sincerè omnia.

* *Aulicæ ceremoniæ.*

† *Qui ad gratiam loquuntur.*

926 Veritatem ingenuè fateri nè erubescas, neque verecundator, ut ejusdem conscius es: cur enim adjurari velis.

927 Quorum tibi nondum exploratus est candor, familiarem te non exhibebis: cæteróqui ex nimiâ familiaritate contemptum incurres.

928 Ignotis blandiri noli, nè te lenocinari sibique insidiari existiment.

CAP. 95. *De Conversatione erudita.*

929 Cui ab occupationibus vacat, tempore a succisivo, vadat ad congerronem: eum tamen, cui invisus es, nè invisas, missum facias.

a *Subsesivo.*

930 Cujas sit dilectus sodalis, & nobilis an ignobilis *, ignominiæ tibi nè ducas: dummodò sit frugi, atque ad ingenium tuum congruat: Infamibus b nè te conjungas.

* *An novus homo.*

b *Qui malè audiunt.*

931 Pravorum consortium & sodalitia dissoluta ac nauci devita: vitiant enim & depravant mores.

932 Docti c deambulationibus delectantur, sive meditandum est sive confabulandum.

c *Bonis literis exculti.*

933 Cum aliquot spatia confecerint, vel cum in aprico spatiari tæsum est, consideturin umbrâ.

934 Næ pulchrum & scitum est, cum dissitis colloqui & quidvis significare posse, non per nuntios †, sed per literas ad eos datas.

† *Qui si ore tenus læta nunciant, evangelio donantur.*

935 Antiqui in tabellis ceratis (ut deteri, eradi, aut deleri posset) exarabant, & cum iis tabellarios mittebant [*legabant*]: nobis commodiùs inservit papyrus * pura; nam d bibula transmittit [*bibulam penetrat*] atramentum.

* *Non quæ in Ægypto nascitur, cujus scapum in prætenues philyras seu plagulas divellebant (illa jampridem in desuetudinem abiit:) sed factitia è linteolis madefactis, frustillatim concisis, minutim contusis, &c.*

d *Emporetica.*

936 Epistola complicata, nè legi queat, nisi ab eo cui destinatur, sigillo obsignatur, resignanda (nisi intercipiatur) illi ad quem inscriptio spectat

937 Cognomen intus subscribitur.
938 Schedula non sigillatur.

CAP. 96. *De Ludicris.*

939 NE labascant fragiles vires aut elanguescant, quandoque cessa & à seriis absiste; & cum coætaneis (dispares enim collusores non benè sociantur) defatigatum te relaxa oblectamentis.

940 Alius alio ducitur studio. Sunt quos spectacula delectant: at commotio vegetat, torporémque excutit.

941 Facetiis, dicteriis, ac ænigmatibus certare, ingeniosum est: pilâ datatim missâ *, sphæra & conis, globulis, empusâ, par impar, myindâ, astragalismo, vel trocho [*turbine*,] sclopo, vel igne missili, puerile d: Chartis lusoriis, talis, tesseris, aleâ, † fritillo, aleatorium: latrunculis, operosum.

942 Ubi siquis ad incitas cōpellitur, actum est de eo: cedat.
943 Lascivi ac calamistrati saltatores saltent & subsultim tripudient, séque choreis, saltationibus ac tripudiis exerceant. Choragus [*præsultor*] chorum ductitat.
944 Grallator [*grallipes*] grallis gressus spatiosos divaricat.
945 Petauristæ ac funambuli, papæ! quàm audaces & confidentes sunt!
946 Cursores in stadio à carceribus ad metam curriculo festinant, & primus brabêum [*bravium*] aufert.
947 Alii signant lineam, quam simul ac attigerunt, si consistunt illico, sponsionem depositam [*factam*] evincunt: qui g ultra procurrerit, aut citra eam substiterit, ludum perdit.
948 In circo [*hyppodromo*] equitando; in catadromo h hastiludio; in i agône luctando & reluctando, uter alterum supplantaret [*conficeret*,] concertant.

949 Gladi-

* *Vel reticulo in sphæristerio.*
d *Quibus lusitant puelli & puellæ.*
† *Ubi monas, dias, trias* [ternio] *quaternio, pentas, senio, heptas, enneas, decas: alii jactus labentur felices, alii infelices.*

g *Prætercurrerit.*
h *Trojæ lusu; imaginario prælio.*
i *Ἀγῶν.*

936 *When a letter is foulded up, that it may not be read but by him to whom it is intended* [ſent] *: it is ſealed with a ſeale; and, if it be not intercepted* [taken up by the way], *it is to be* [f] *broken up by him to whom the ſuperſcription* [g] *belongeth.*

937 *The ſurname is under-written within.*

938 *A ſcroll* [ſhort note] *is not ſealed.*

f Vnſealed.
g Is directed.

CHAP. 96. Of Sports and paſtimes.

939 *REſt ſometimes, and* "*give over earneſt buſineſſes (for feare thy fraile* [brittle] *ſtrength ſhould faint* [decay] *or wax feeble) : and when thou art wearied, refreſh thy ſelfe at ſome* [a] *ſports, together with thoſe that are of the ſame age: for play-fellowes that are not matches are no fit companions.*

" Ceaſe from.
a Pleaſant paſtimes.

940 *Some take delight in one exerciſe, ſome in another. There are ſome that take pleaſure in viewing of fights: but ſtirring enliveneth* [quickneth], *and ſhakes off heavineſſe* [liſtleſneſſe: to do any thing].

941 *To ſtrive who ſhall get the better in merry conceits, quips* [frumps] *and riddles, is a witty thing: to play at ſtool-ball* * [hand-ball], *at ſcale-bones, at bowls, at* [c] *fox in the hole, at even and od, at blind-man buff* [blind hob], *at cockall, or with a top or gig, with a pot-gun or ſquib; this is child ſh* [boyes play [d]] *: To play at cards, tables, dice, or any game of hazzard* †, *with a dice-box or a paire of tables, this is the trick of a gameſter: to play at cheſſe, is toilſome.*

* Or with a racket in a tennis-court (*bowling alley*).
c Hopping on one leg.
d Such as boyes and girls or modders play at.
† Ace, deus, tray, cater, ſinke, ſiſe, ſeventh, eigthth, ninth, tenth: ſome are counted lucky throwes (*casti*), ſome unlucky.

942 *Where if any one be ſet, he* [e] *is out, let him give up.*

e Hath loſt, is undone.

943 *Let wantons and* [f] *ſpruce dancers friſk, hop and caper, and exerciſe themſelves in dancings* [mortices], *vaultings and trippings. The* [g] *fore-man* or ring-leader *leads the dance.*

f Prizled, tricked
g Dancing-maſter.

944 *He that goeth on ſcatches,* [h] *ſtalketh out wide, ſtrides with his ſtilts* or ſcotches.

h Strideth, ſtradleth.

945 *O ſtrange! how bold and ventrous are tumblers, and they that dance on a rope!*

946 *Runners in a race run with all ſpeed from the liſts* [barrs] *to the goal, and the firſt carrieth away the prize.*

947 *Others mark out a line: and as ſoon as they touch it, if forthwith they ſtand ſtill, they win the wager that is* [k] *laid* [the ſtakes ſtaked down] *: he that ſhall run beyond, or* [i] *ſtop before he come at it, loſeth the game.*

" Bet.
i Come ſhort of the ſide.

948 *In the horſe-race men ſtrive one* [w] *another at riding* [running horſe-races, courſing]: *in the tilt-yard at* [k] *running a tilt: in the wraſtling-place, at wraſtling & ſtrugling whether ſhould ſtrike up the others heels.*

k Iuſts, tournament.

949 [1] *Sword-players, fencers* [champions] *combat in the artillery-yard, the maſter of fence being their director.*

950 *When two* [m] *fight at ſharpe, it is a ſingle combat: where* [n] *by turnes, the one challengeth* [bids defiance], *lets fly* [offers to ſtrike], *and giveth the blow: the other voideth it, wardeth it off, and feneeth it: but he* [o] *vanquiſheth that hitteth* [ſtriketh home]: *he that is foiled, yeelds himſelf vanquiſhed* [gives up the bucklers].

951 *A Jugler* [p] *by the nimbleneſſe of his action dazleth the eye-ſight of the ſtanders by: but they are ſleights* [tricks of le jerdemaine], *not miracles. Kymiſts,* [q] *phyſiognomers, figure-caſters* [that calculate nativities], *fortune-tellers* [gipſies, that have ſkill in palmeſtrie], *and other runagates of the ſame ſtamp, that wander up and down the country, by their* [r] *cheating tricks, gull ſimple folk of their money.*

952 *A ſtage-player acteth the perſon of another man, and playeth enterludes* [ſtage-plaies].

953 *A Comedy doth lively ſet forth an intangled* [troubleſome] *ſtate of a buſineſſe, but with a joyfull upſhot: a Tragedy hath a ſad* [ſorrowfull] *ending.*

954 *The ſtage is in the open view, the tyring-*[with-drawing]*-room (out of w'ich they come forth on the ſtage to act) is vaulted* [over-hanged] *with curtains, provided of attire* [furniture] *for the actors, and not to be ſeen of the lookers on* [t], *unleſſe the hanging be drawn aſide.*

955 *They keepe Bacchus-feaſt* [ſhrovetide], *being masked* [q], *or diſguiſed with vizzards on.*

CHAP. 97. Of Death and Buriall.

956 A *Deadly ſnoring or ſnorting is an accident properly befalling men that are ready to die. They that lie a drawing on, are given over for dead* [as paſt hope of life].

957 *O yee* [a] *mortall men! b what one of a thouſand among you makes account, that upon this moment* here, *dependeth everlaſting time?*

958 *For as ſoon as thou ſhalt have given up the ghoſt, the ſoule ſhall immediately* [out of hand] *flit* [remove] *to heaven, or to the torments of hell.*

959 *A dead corſe being ſet forth with funerall rites (that is, embalmed, lapt up in a winding ſheet, put in a coffin, clad in mourning, and laid on a biere) is carried out to the burying by the bearers.*

960 The

---

[1] Swaſh-bucklers.

[m] Blade it.
[n] Sometimes one, ſometimes the other.
[o] Overcometh, gets the better.

[p] Whoſe fingers are always fidling, and never lie ſtill.
[q] That will know a mans minde by his look.
[r] Gulleries.

[t] Who cheer up or incourage ſome of the actors; and others they hiſſe off the ſtage.
[q] Mummers.

[a] Perſhing, deceaving.
[b] Where is that man.

949 Gladiatores & pugiles [*athletæ*] in palæſtrâ congrediuntur, directore laniſtâ.

950 Cùm duo digladiantur, duellum eſt: ubi [k] alternatim, alter provocat, ictum intentat & infert; alter declinat, inhibet & propulſat: vincit autem qui infligit: victus [l] dat manus.

k *Per vices, alternis vicibus.*

l *Herbam porrigit.*

951 Geſticulator * [*agyrta, præſtigiator*] actionis volubilitate aciem ſpectatoris præſtringit: ſed præſtigiæ ſunt, non miracula. Ciniflones, phyſiognomi [*metopoſcopi,*] genethliaci, chiromantici, & ejuſdem [m] monetæ errones ac circulatores, impoſturis ſuis popellum argento emungunt.

* *Chironomus, cui digiti argutantur.*

m *Farina, furfuris.*

952 Mimus [*biſtrio*] perſonam alterius effingit [*exprimit*] & fabulas agit.

953 Comœdia perplexum actum repræſentat, ſed cum jucundâ cataſtrophe: Tragœdia triſtem exitum.

954 Theatrum in propatulo eſt: Scena (unde acturi prodibant in proſcenium) ſipariis velatur, choragio ſcenico inſtructa; neq; ſpectatoribus † conſpicua, niſi diducto peripetaſmate [*cortinâ.*]

† *Qui actorum aliis applaudunt, aliis explodunt & exhibilant.*

955 Bacchanalia peragunt [n] larvati [*larvâ ſeu perſonâ obvoluti.*]

n *Perſonati.*

CAP. 97. *De Morte & Sepulturâ.*

956 MOribundorum ſpeciale ſymptoma eſt ſtertor [*rhoncus*] lethalis. De iis, qui animam agunt, conclamatum eſt.

957 O mortales! quotuſquiſque veſtrûm reputat, ab hoc puncto æternitatem [*omne ævum*] pendere?

958 Nam ut [a] exſpiraveris, confeſtim [*extemplò*] anima ad cœlos vel tartara migrabit.

a *Efflavit animam.*

959 Funus funeſtis ritibus adornatum (id eſt, polluctum amiculo ferali involutum, capulo conditum, lugubriter [*veſte pullâ, lugubri,*] indutum [b] ſandapilæ [*loculo, feretro*] impoſitum) à veſpilonibus effertur.

b *Pullatum.*

c *Polyandrium.*

960 Fiunt [*celebrantur*] exequiæ [*inferiæ*] e cœmeterium verſùs pompâ funebri.

961 Exanimum corpus [*cadaver*] ſepelitur: nos humamus [*humo mandamus:*] priſci, exſtructâ pyrâ, rogo uſtulabant [*cenovemabant*] (inde ſepulchra ſunt Buſta dicta:) cineres autem mortuorum defodiebant d buſtuarii in urnâ.

d *Libitinarii.*

e *Hermæ.*

962 Eriguntur e cippi & cenotaphia, eíſque inſcribuntur epitaphia; & epicedia cantantur lugubria.

963 In gentiliſmo, conductæ præficæ plangebant, & leſſibus ac f næniis elogia eorum enumerabant, qui ad plures [*inferos*] (ut ethnici loqui amant) abierunt.

f *Threnis.*

964 Et nè manes oberrarent, inferias, juſta ſeu parentalia feralibus epulis faciebant; celebrantes diem emortualem æquè ac natalem.

CAP. 98. *De Providentiâ Dei.*

965 ITa mors interventu ſuo finit omnia.

966 Omnia enim temporalia ſunt caduca, fluxa & tranſitoria; exoriuntur & intereunt.

967 Etiamſi aliquid certum ac ſtabile videatur, progreſſu tamen temporis, vetuſtate ipsâ non poſſunt non alteri & decedere.

968 Viciſſitudinibus ſubitaneis ſubjacent omnia, quapropter ſelicem dicunt eum, qui tempori inſervire novit.

969 Atheus tamen eſt, qui res noſtras, tanquam concurſantes ac ſubſaltantes atomos, temerè & fortuitò volutari autumat; fatali neceſſitate ſuccedunt omnia.

970 Fors & fortuna nihil ſunt omnino.

971 Fortuitos equidem & improviſos caſus eſſe concedo, ſed noſtri reſpectu, non providentiæ; quæ etiam minutiſſima nutu ſuo dirigit.

972 Nam & capillos noſtros numeratos eſſe teſtatur Salvator, ut nè unicus quidem perire queat.

960 *The funerall is kept, and the traiu goeth along towards the Church-yard* [burying-place], *with a ſhow* [all ſolemnities] *befitting a funerall.*

961 *The dead corps* [liveleſſe carcaſſe] *is buried: we interre it* [put it into ground]: *they of old made a bonfire, and therein burnt it,* (*from thence* it was that *graves* or burying places *were called burning places*): *and the grave-makers buried the aſhes of the dead in a pitcher.*

962 *Grave-ſtones* [toombs] *and herſes are rear'd up, and epitaphs* [inſcriptions] *written on them; and mournfull* d *anthems are ſung.*

d Dittie.

963 *In* e *heatheniſme, mourning women being hired, kept a wailing, and with blabberings and mourning ſongs, reckoned up the praiſes of them that were gone to the other world* (*as the heathen uſe to ſay*).

e The time of heatheniſh religion.

964 *And leſt their ghoſt ſhould walke or* wander, *being all in black, they uſed dirges or ſacrifices for the dead, made to the gods below, with feaſts at the herſe: keeping a* f *deaths-day as well as a birth-day.*

f The day one dyeth on.

CHAP. 98. Of Gods Providence.

965 THus *death by its mediation* [interveening] *maketh an end of all things.*

966 *For all things* a *temporall are fleeting, unſteady, fading and flitting: they ſpring up, and they dye.*

a That laſt but a time.

967 *If peradventure ſome few things ſeem ſure and ſtedfaſt, yet in* b *time they cannot chooſe but be worne and fall away, by very age* or oldneſſe.

b Continuance of time.

968 *All things are ſubject to ſudden turns* [changes]: *wherefore men account him happy that knows how to comply with time.*

969 *For all that, he is an Atheiſt* [a miſcreant], *who weeneth that our affaires are toſſed about at randome* [at a venture], *and hand-over-head* (*like moats of the Sun running all of a heap, and ſkipping up and down,*) *or, All things follow one upon another by an* c *unavoidable neceſſity.*

c Infallible, unalterable.

970 *Chance,* hap-hazzard, *and luck are nothing at all.*

971 *There are indeed, I grant, caſuall and unexpected* [unlook'd for] *chances, but in regard of us, not of* Gods " *Providence, which ordereth even the ſmalleſt things at his beck.*

" Fore-ſight.

972 *For our Saviour witneſſeth, that even the hairs of our head are* d *numbred; that not ſo much as one of them can* e *miſcarry.*

d Told.

e Periſh, or be loſt.

973 *For*

973 *For that reason, before unusuall changes, there go strange sights and monstrous wonders.*

f Fore-warnings. 974 *Therefore there are in things, foretokens* f *(signes to ghesse by, that boad good or ill) by which being fore-warned let us be fore-armed.*

* As sneezing, bleeding at the nose, and the like to these. 975 *But to catch all about,* at any thing *, *for a signe of good luck or bad* [to say, My mind gives me, or mis-gives me]: *away with this superstition from Christians. If the* LORD *shall vouchsafe to reveal or make known any thing to thee, thou shalt not be ignorant of it.*

g Abandon. 976 *Bee thou godly* [devout] *and pray; hee will not utterly* g *forsake thee, who hath as well fore-known, fore-seen and fore-ordained what shall become of thee to-morrow,* what *the next day after to-morrow, and so afterwards; as what was done yesterday, what the day before it,* what *t'other day, and so many years ago.*

977 *Prevent not thy destiny* [bring it not upon thee before it cometh], *but wait for it.*

CHAP. 99. Of Angels.

a Numberlesse. 978 THe *eternall divine power brought forth also the invisible Angels, and those* a *innumerable, being his servants to* " *rule things* here *below.*

" Govern.

979 *Not because he stood in need of help, but because so it pleased him.*

980 *These hee had made and placed in the highest heaven: but some of them revolted* [" fell away] *from him by pride, and were condemned and thrust downe from heaven to hell.*

" Did backslide.

981 *They that continued* [abode still] *in their uprightnesse, were strengthened, that they could fall no more.*

982 *Millions,* [thousands of thousands] *standing round about the throne of their Maker, worship, reverence, adore, and extoll* [solemnly praise] *him.*

983 *Being sent out, they dispatch his commands* [what is given them in charge]; *and having discharged* their *embassage, they return.*

b Keep company. 984 *At Gods bidding, they* b *joine themselves in company with the godly, even from their birth, as guardians to forefend* [drive off, chase away] *mischiefes, and to shield* them *from the assaults of Satan.*

(985 *But*

973 Ea propter, inſolitas mutationes, oſtenta & prodigia antecedunt.

974 Inſunt ergo omina (boni vel mali ſigna)[h] rebus: quibus præmoniti, ſimus præmuniti.

[h] *Præmonitionet.*

975 Sed uſque quaque * præſagia captare [*ominari aut abominari*] iſta ſuperſtitio faceſſat à Chriſtianis. Si tibi Dominus aliquid revelare aut manifeſtare dignabitur, non te latebit.

**Vt ſternutamento, ruptione ſanguinis è naribus, & horum ſimilibus.*

976 Tu pius eſto, & ora; non te derelinquet ille, qui æquè præſcivit, prævidit ac prædeſtinavit, quid cras, perendie [*die perendino*], & deinceps [*poſthæc, in poſterum*] de te futurum ſit, ac quod heri, pridie, nudiuſtertiùs, & tot abhinc annis factum eſt.

977 Fatum tuum nè anticipa, ſed expecta.

CAP. 99. *De Angelis.*

978 PRoduxit & inviſibiles Angelos, eóſque innumeros, æternum Numen, ad regenda inferiora ſibi adminiſtros.

979 Non quod opis eſſet indigus, ſed quia ſic eſt placitum.

980 Hoſce condiderat & conſtituerat in cœlo ſupremo [*empyræo:*] ſed quidam deſciverunt [*defecerunt*] ab eo per ſuperbiam, relegatíque ac deturbati ſunt cœlitùs ad infernum [*orcum, erebum, avernum*].

981 Qui in ſuâ integritate permanſerunt, roborati ſunt, nè ampliùs prolabi poſſint.

982 Circa thronum Creatoris [*Conditoris*] ſui millia millium [*myriades*] adſtantes, eum venerantur, colunt, adorant, celebrant.

983 Amandati obeunt mandata, legationéque functi revertuntur.

984 Aſſociant ſe, juſſu Dei, piis, jam inde à nativitate, tanquam cuſtodes, ut mala avertruncent [*avertant*], & ab inſultibus Satanæ protegant.

(985 Ve-

985 Verùm enimverò quod de bono ac malo genio inquiunt, incertum est.

986 Apparent nonnunquam, sed disparent rursum, non fascinando, sed reverâ.

987 Cacodæmones apparentes spectra [*umbræ*] & phantasmata vocantur; tumultuantes per noctem [a] intempestam, lemures [*larvæ:*] famulantes, Lares & Penates in Larario.

a *Concubiam, mediam noctem.*

988 Magi & exorcistæ cum dæmonibus colludentes, incantamentis suis & exorcismis seipsos dementant, & alios infatuant.

989 Sed væ Diabolo, & (nisi communioni renuncient) consortibus ejus! ad Gehennam detrudentur.

990 Vindex enim suæ gloriæ erit Omnipotens, eámque ab impiorum violatione intactam, intemeratam, sacrosanctam vindicabit. Quamobrem quotquot ille sibi obstrepentes & oppedentes deprehendet, ii impietatem suam haudquaquam inultam auferent.

CAP. 100. *De Clausula.*

991 CEdò [a] sodes [*sis*] quid restat? eâtenus enim tradita (absit arrogantia dicto) utcunque [*qualitercunque, quomodocunque*] sum consecutus.

a *Amabo.*

992 Siccine? [*ain'?*] Euge! Benè vertat tibi. Hem macte sedulitate istâ! Restabit igitur ut per hanc Januam ingressus, tum scientiarum, tum Latinitatis palatia vividè lustrare properes; & quæ hîc raptim & carptim aspexisti, ea uberiùs in * authoribus bonis speculeris.

* *Philosophorum, & Theologorum scriptis.*

993 Habes hîc summatim & succinctè brevem complexionem [*synopsin*] ceu rudimenta, quà Philosophiæ †, quà Theologiæ: nihil tantoperè (quod sciam) omissum reor; nec quicquam lubens transilii aut præterii.

† *Et Philologiæ, & humanioris literaturâ.*

994 Auctarii autem loco, admoneo ut ad pietatem convertas omnia.

995 Scito

(985 *But that which they ſay concerning a good or bad genius* [Angel-guardian] *the truth is, it is* c *uncertain.*)

c A queſtion, or very doubtfull.

986 *They appear ere-whiles, and vaniſh out of ſight, not by inchanting deluſion* [caſting a miſt before mens eyes], *but in very truth* [deed].

987 *Fiends* [ill ſpirits], *when they appeare in ſight, are called ſpirits, ghoſts and phantaſmes; when they make a noiſe* [keep a foul coil] d *in the dead of the night,* they are termed *elfes, fairies* [hobgoblins]; *when they do ſervice in private houſes,* e *houſhold-gods in a private chappel.*

d At midnight.

e Chimney-corner gods, ſpirits of the buttery.

988 *Magicians* " *and conjurers,* f *ſporting with devils, by their inchantments and conjurings beſot themſelves and beſoole others.*

" Black-artiſts.

f Vſing colluſion.

989 *But woe to the divell, and to his partakers* (*unleſſe they renounced his fellowſhip, and return, convert, amend themſelves and ſeriouſly repent*): *they ſhall be thruſt down to hell-fire.*

990 *For the Almighty will be the revenger of his own glory, and will acquit* and " maintain it *untoucht, untainted, inviolable, from being hurt or profaned by the ungodly: wherefore, if he ſhall* g *ſurprize any prattling againſt him, or baſely oppoſing him, ſuch ſhall in no wiſe carry away their ungraciouſneſſe unrevenged.*

" Right, redreſſe.

g Take at unawares.

CHAP. 100. The Concluſion.

991 *TEll me, I prectbee, what remaines behind? for the things thus far delivered* (*be it ſpoken without boaſting*) *I have in ſome reaſonable ſort attained* [gotten].

992 *Saiſt thou ſo? Bravely done! a Well may it thrive with thee. Go on cheerfully* [with a courage] *in this* thy *diligence* [earneſtneſſe]. *It now remaines, that going in at this* b *little gate* [entry-door] *thou haſten luſtily, to take a thorow ſurvey of the Palaces both of arts, and of pure latin ſpeech; and view thoſe things more plentifully in* * *good authors, which here thou haſt beheld by* c *ſnatches, and in haſte.*

a God ſend thee good of it.

b Wicket.

* The writings of Philoſophers and Divines.

c A ſnatch and away.

993 *Here haſt thou briefly* [ſhortly] *and cloſely truſſed up a ſhort* [briefe] *compriſall, being as it were the firſt bare grounds as well of Philoſophy* † *as Divinitie. I ſuppoſe, that nothing is over-ſlipt, ſo far as I know; nor have I willingly balked or waved any thing.*

† And the ſtudy of language, and civill learning.

994 *Now* to caſt in this *for a vantage, I would wiſh thee to turne* and apply *every whit to godlineſſe.*

995 *For know, that ere long it will come to passe, that we must give up an account of all things; to wit, when the most glorious Saviour of the world shall come to raise us up and judge us, where things hidden and manifest shall all be laid open.*

d Favouring their cause, well-pleased

996 *O blessed men, which then shall have him* d *reconciled! they shall be fed with bread of heaven, and Angels food for evermore.*

" Our tender Saviour.
c Acquitted.

997 *Christ Jesus* " *that taketh pity on us, grant, that, seeing we our selves are unworthy to reach to so great blessednesse, yet being here justified* c *by his free mercy, we may grow up together in love* or charity.

998 *Do thou humbly confesse* [shrieve thy selfe] *to him, and vow thy vowes, and by praying devoutly and zealously pierce the closets* [cabinets] *of heaven, that even now thou mayest be reckoned among the Saints of heaven.*

* The manner of saluting at the parting.

999 *The Lord be with you, and* * *farewell* [adieu].

1000 *To the Lord of hosts, the most holy, blessed and undivided Trinity, be praise, honour and glory for ever and ever. Amen* [So be it].

The end.

BRITISH MUSEUM 26 AP 71

995 Scito enim fore propediem, ut reddamus rationem omnium; nempe, quum venerit Salvator mundi glorioſiſſimus ut ſuſcitet nos ac judicet: ubi occulta & manifeſta patefiet.

996 O beatos, qui tunc propitium habebunt! ambroſiâ & nectare paſcentur in ſempiternum.

997 Faxit miſerator noſter Jeſus Chriſtus, ut hic gratuitâ ejus miſericordiâ juſtificati, in charitate coaleſcamus.

998 Tu ei confitere ac vota vove, devotéque ac fervidè precando penetralia cœli penetra, ut jam nunc cœlitibus annumereris.

999 Ave & * vale. * *Formula ſalutandi in digreſſu.*

1000 JEHOVÆ ZEBAOTH, ſanctiſſimæ, benedictæ ac individuæ Trinitati ſit laus, honor & gloria in ſecula ſeculorum. *Amen.*

FINIS.

INDEX VOCABULORUM.

THe former *Index*, even in the Dutch copy, was very faulty in the cyphers, and defective in many words; which put me to a needleſſe trouble, in ſtriving to inſert in the text, ſuch words as I found not in the *Index* (and therefore thought them lacking) which afterward I met with in the book. This *Index* is very exact; and may ſerve as a Dictionary to the learner, and a ready helpe to him that would adde any further ſupply to the booke it ſelfe. Simples and words out of rule, are ſet downe more at large; others more briefly. Participles, if regular, are referred to the ſame number with the verb. Irregular compounds have their ſimples added in a Parentheſis. Underſtand by m. *maſculine*, f. *feminine*, n. *neuter*, c. g. *common gender*, d. g. *doubtfull gender*, a. *adjective*, d. *deponent*, p. *participle*, c. ſ. *caret ſupinis* pr. *præterito*, v. *vide*, look, (An adverb hath no mark at all ſet after it) ib. *ibidem*; that is, in the ſame number with the next a fore-going.

ABA *ABI* *ABO*

A, Ab, *pr.* 72.89 679
abactus, us, *m.* 867
abaculus, i, *m.* 756
abacus, i, *m.* 562
abavia, æ, *f.* 602
abavus, i, *m.* 602
abax, acis, 756
abbas, ătis, *m.* 638
abbatiſſa, æ, *f.* 638
abdico, as. 605
abditus, a, um. *a.* 191
abdo, didi, itum, ĕre. 445
abdomen, ĭnis, *n.* 820
abecedarius, a, um. 732 737
abeo, īre. 667
aberro, as. 540
abhinc. 970
abhorreo, es, *c. f.* 747 820
abigo, (*ab*, *ago*) egi, actum, ĕre. 561
abies, ĕtis, *f.* 115
abiegnus, a, um. *ib.*
abjicio, (*ab*, *jacio*) jeci, jactum, ĕre. 383
abjudico, as. 661
abjuro, as. 858
ablacto, as. 229
ablatus, a, um, (p. *auferor.*) 291
ablego, *v.* lego.
abligurio, īre 820
abluo, (*ab*, *luo*) ĕre. 578
abnego, as. 858
abnepos, ōtis. 604
abnuo, ĕre, *c. f.* 903
aboleo, evi & ui, itum, ĕre. 719
abolla, æ. 512
abominatio, onis, *f.* 641
abominor, aris, *d.* 369 975
abortio, īre. 598
abortivus, a, um. *ib.*
abortus, us, *m.* *ib.*
abrado, ĕre. 584.

abradendus,a,um. 796
abripio, (*ab,rapio*) ĕre, 466
abrogo,as. 661.686
abrotonites,tæ.*m.* 442
abrotonum,i,*n.* 135
abruptè. 752
abs,*pr.* 752.902
abscedo,ĕre. 315.902
abscessus, us, *m.* 315
abscindo,*v.*scindo.627
abscondo,ĕre. 810
absens,tis,*a.* 916
absimilis,e,*a.* 199
absinthites,is,*m.* 442
absinthiũ,i,*n.* 136.326
absisto, stiti, *c. f.* ĕre. 939
absolvo (*v. solvo.*) 391 634
absonus,a,um. 774
absorbeo(*v. sorbeo.*) 70
absque,*pr.* 152.216
abstemius,a,um. 823
abstergo(*v. tergo.*)229 579
abstinentia,æ. 790
abstineo (*abs, teneo*) es. 568
abstrudo,ĕre. 810
absum,esse,*n.* 312.757
absurdus,a,um. 774
abundantia,æ, 848
abundo,as. 76.444
abutor(*v.utor.*) 355
abyssus,i,*f.* 70
Ac,*c.* 369.591
academia,æ,*f.* 737
acanthis,idis,*f.* 153
acanthus,i,*m.* 135
acarus,i,*m.* 218
acatium,i,*n.* 471
accedo (*ad,cedo*)ĕre,97 533
accelero,as, 451
accendo,ĕre. 627.743
accẽseo,es,ui,sum. 134 647
accensus,i,*m.* 653
acceptilatio,onis,*f.*866
acceptus,a,um,*p.* 879 854
accersо, ĕre. 532.659
accessio, onis, *f.* 310 768.782
accessus,us,*m.* 76.614
accidens,tis,*a.* 21.361
accido, ĕre, *c. f.* 375 641
accingo, ĕre. 701
accipio (*ad, capio*) epi, eptum, ĕre. 270.854 866
accipiter,tris,*m.* 148
acclivis, e, *a.* 79
accola, æ, *m.* 783
accommodo, as, 731
accommodus, a, um, 440
accumbo, ĕre. *n.* 556
accuratè. 803.886
accuratus, a,um. 752
accusatio, onis,*f.* 659
accuso, as. 658
acedia, æ.*f.* 887
acer, ĕris,*n.* 122
acer,acre. 326.711
acerbus,a,um. 326
aceroſus,a,um. 527
acerra, æ,*f.* 643
acervus,i,*m.* 397
acesco, ĕre,*c. p.* 441
acetabulum, i, *n.* 172 302.763
acetarium, i,*n.* 566
